

THE SARUM RITE  
Missale Sarisburiense cum nota.

Tomus A.  
Fasciculus 7.  
Pagine 929-1140.

A Trinitate usque ad  
reconciliatione ecclesie.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMXVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)


This document first published January 1, 2018.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2018.



[1508:142v.]

**¶** *In die Sancte Trinitatis.*

[107v.]

[Ad missam.]<sup>1</sup>

Officium. VIII.


GS:pl. b; 1508:142v; 1513:107v.<sup>2</sup>



Ene-díc- ta sit \* sanc- ta Trí- ni- tas at-


172.2 01.

In die sancte Trinitatis.



que indi- ví- sa U- ni- tas confi- té- bi- mur e- i  
qui- a fe- cit no- bís- cum mi- se- ri- cór- di- am su- am.

Ps. Be- ne- di- cá- mus Pa- trem et Fí- li- um : cum Sancto



Spí- ri- tu.

*Non dicitur ulterius.*

*Oratio.*

**Q**uoniam omnipotens sempiterna Deus : qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei, eterne Trinitatis gloriam agnoscere : et in potentia

majestatis adorare Unitatem : quesumus : ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Qui<sup>3</sup> vivis et regnas Deus.<sup>4</sup>

**¶** [Epistola]<sup>5</sup> *Lectio libri Apocalypsis beati Johannis apostoli. iij. (1-10.)*

**I**N diebus illis. Vidi ostium apertum in celo : et vox prima quam audivi, tanquam tube loquentis mecum dicens, Ascende huc : et ostendam tibi, que oportet fieri cito post hec. Statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo : et supra sedem sedens. Et qui sedebat : similis erat aspectui lapidi<sup>6</sup> jaspidis, et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis : similis visioni smarag-


dine. Et in circuitu sedis : sedilia viginti quattuor. Et super thronos, viginti quattuor seniores sedentes : circumamicti vestimentis albis : et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedebant<sup>7</sup> fulgura : et voces, et tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum : que sunt septem spiritus Dei. Et in conspectu sedis : tanquam mare vitreum simile

cristállo. Et in médio sedis et in circúitu sedis : quáttuor animália plena óculis ante et retro. Et ánimál primum : símile leóni. Et secúndum ánimál símile vítulo. Et tértium ánimál : habens fáciem quasi hóminis. Et quartum ánimál : símile aquíle volánti. Et quáttuor animália síngula eórum habébant alas senas. Et in circúitu et intus, plena sunt óculis : et réquiem

non habébant die ac nocte dicéntia, Sanctus, sanctus, sanctus, Dóminus Deus omnípotens : qui erat, et qui est, et qui ventúrus est. Et cum darent illa animália glóriam, et honórem, et benedictiónem sedénti super thronum vivénti in sécula seculórum : proci-débant<sup>8</sup> vigínti quáttuor senióres, ante sedéntem in throno. Et adorábant vivéntem in sécula seculórum.


GS:pl. c; 1508:142v; 1513:108v.<sup>9</sup>

Grad.  
V.




Ene-díc- tus \* es Dómi-ne qui


intu-é-ris a- bús- sos : et se-des su-per



ché-ru- bin.  $\text{Z}$ . Be-ne-dí-ci-te



De- um ce- li : qui- a fe- cit no- bís- cum mi- se-



ri- cór- di- am \* su- am.


172.2 03.

172.2 04.

GS:pl. c; 1508:142v; 1513:107v.<sup>10</sup>

172.2 05.

V.



L-le-lú- ya. \* V. Be- ne-



díctus es Dómi-ne De- us Patrum nostró-rum :




et laudá-bi- lis \* in sé-cu-la.

1508-C:143r; 1513:107v.<sup>11</sup>

ah07096.

Seq.  
VIII.




Ene-dícta sit \* be-á-ta Trí-ni-tas : Dé- i-tas e-térna,



pá-ri-ter co-equá-lis gló-ri- a. De- us gé-ni-tor Na- tus



gé-ni- tus, cum sacro Neumá-te, pérma- nens su- per omne



quod extat. Qui- bus est u- na semper vo- lúntas : et a se dis-



cré- pat, haud unquam tripli- cá- ta persó- na. Nam constat

In die sancte Trinitatis.

Dé-i-tas u-na, non in tres De-os di-ví-sa : quod fi-des fa-  
tétur a Christo, orthodóx-e é-di-ta. Hec namque pel-lit  
de-lícta : pá-tri-am reddit se-ré-nam, qua dulcem jú-bi-lant  
ágmi-na : symphó-ni-a cé-li-ca. Alti thro-ni vestí-gi-a :  
imi-tántur sto-lis can-di-dá-ta. Ope-ri-untúrque bi-nas  
quas captant post secli dis-crí-mi-na. Et nos quos il-lú-strat  
grá-ti-a De-i : sú-pe-ra demus nostra dé-bi-ta. Quá-te-nus  
ca-tér-va cé-li-ca no-bis má-ne-at : post fú-ne-ra só-ci-a.

[108r.]

In die sancte Trinitatis.

*f*<sup>1</sup>.



Ultimóque per-ácto discrími-ne : póscimus alto pérfru-i

*f*<sup>2</sup>.



mox pa-lá-ti-o. Quo perspí-cu-a flagrat lux accénsa constánti



flamma que De-us est, ví-si-o nostra et sa-lus e-térna.

*g*<sup>1</sup>.



Angeló-rum qui il-lústrat fórti-ter pécto-ra. Ut in

*b*<sup>1</sup>.



Christo so-lo su-a dé-fi-gant lúmi-na. Hec namque est il-la



si-tis flagrans qua tunc sí-ti-ent á-nime sanctó-rum vel cór-

*b*<sup>2</sup>.



po-ra. Cum fú-e-rit da-ta : perpé-tu-a e-is pro bo-nis



a jú-di-ce pré-mi-a.



¶ [Evangelium]<sup>13</sup> Secundum Johannem. iij. (1-15.)

**I**N illo tempore. Erat homo ex phariséis Nichodémus nómine, princeps Judeórum. Hic venit ad Jesum nocte et dixit ei, Rabbi : scimus quia a Deo venísti magíster. Nemo enim potest hec signa fácere que tu facis : nisi fúerit Deus cum eo. Respóndit Jesus, et dixit ei, Amen amen dico tibi : nisi quis renátus<sup>14</sup> fúerit dénuo : non potest vidére regnum Dei. Dicit ad eum Nichodémus, Quómodo potest homo nasci cum sit senex ? Numquid potest in ventrem matris sue iteráto introíre et renásci ? Respondit Jesus, Amen amen dico tibi : nisi quis renátus fúerit ex aqua et Spíritu Sancto : non potest introíre in regnum Dei. Quod natum est ex carne : caro est. Et quod natum est ex spíritu : spíritus est. Non miréris

quia dixi tibi, opórtet vos nasci dénuo. Spíritus ubi vult spirat et vocem ejus audis : sed nescis unde véniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spíritu. Respóndit Nichodémus et dixit ei, Quómodo possunt hec fieri ? Respóndit Jesus et dixit ei, Tu es magíster in Israel : et hec ignóras ? Amen amen dico tibi : quia quod scimus, lóquimur : et quod vídimus testámur : et testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis et non créditis : quómodo si díxero vobis celéstia, crédetis ? Et nemo ascéndit in celum : nisi qui descéndit de celo Fílius Hóminis qui est in celo. Et sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto : ita exaltári opórtet Fílium hóminis. Ut omnis qui credit in ipsum, non péreat : sed hábeat vitam etérnam.

GS:pl. c; 1508:143v; 1513:108r.<sup>15</sup>


Offert.  
III.




Ene- díc-tus sit \* De- us Pa- ter :

Uni-ge- ni- tús-que De- i Fí- li- us :

In die sancte Trinitatis.



Sanc-tus quo- que Spí- ri- tus : qui- a fe- cit  
no- bís- cum mi- se- ri- córdi- am su- am.




*Secreta.*

<p><b>S</b>anctifica quésumus Dómine Deus Trínitas Sancta : per sancti tui nóminis invocatióem hujus ob-</p>	<p>latiónis hóstiam : et per eam nos- metípsos tibi pérfice munus etérnum. Qui vivis.</p>
--	---



*Prefatio.* Qui cum Unigénito. 1163. [*Hec prefatio dicatur per totam ebdomadam quando de Trinitate agitur : et in omnibus dominicis diebus usque ad adventum Domini quando de dominica dicitur missa, licet in capitulo dicitur etiam in commemoratione de Trinitate per totum annum : et in missa sponsalium.*]<sup>16</sup>

GS:pl. c; 1508:144r; 1513:108r.<sup>17</sup>

172.2 08. Comm. IV.




**B**ene-dí-cimus \* De- um ce- li : et co-ram  
ómni-bus vi-vén-ti-bus confi- té- bimur e- i :  
qui- a fe- cit no- bís- cum mi- se- ri- córdi- am



In die sancte Trinitatis.

---



*Postcommunio.*


**P**roficiat nobis ad salutem corp-  
poris et anime [Dóminus]<sup>18</sup> Deus  
noster<sup>19</sup> hujus sacraménti suscéptio :

et sempiterna Sancte Trinitátis ejus-  
demque individue Unitátis conféssio.  
In qua vivis et regnas.

*Per totam ebdomadam fiat memoria de Trinitate ad missam de die : nisi in festo Corporis Christi : et dicitur missa de Trinitate quando de Trinitate fit servitium : nisi missa Salus pópuli. dicenda fuerit per ebdomadam.*

*[Per totam ebdomadam dicatur missa de Trinitate usque ad festum de Corpore Christi quod est in v. feria : et nisi festum sanctorum intercurrat : et nisi dicitur missa Salus pópuli. et in sabbato quando fit servitium de sancta Maria et de festo loci : sed sine sequentia et Credo. per ebdomadam. Epistola Grátia Dómini nostri. Alia epistola, O altitúdo diviciárum. et legantur alternis vicibus. Evangelium Cum vénerit Paráclitus. Cetera omnia sicut in die.]<sup>20</sup>*

[**C** Urbanus quintus papa concessit omnibus Christi fidelibus vere contritis et confessis missam de Corpore Christi dicentibus : aut devote audientibus, centum dies indulgentiarum.]<sup>21</sup>



[1508:144r.]

**C** In die festo Corporis Christi.<sup>22</sup>

Officium. II.

GS:138; 1508:135r, 144r; 1513:108r.<sup>23</sup>



I-bá- vit e- os \* ex á-di- pe frumén- ti al-



le- lú- ya : et de pet-ra mel-le sa-tu-rá-vit e- os : al-  
le-lú- ya al-le-lú- ya al-le- lú- ya. *Ps.* Ex-  
ultá-te De-o adju-tó-ri nostro : ju-bi-lá-te De- o Ja-cob.  
De- o Ja-cob.

*Et dicatur Kyrie Fons bonitatis. 4\*.*

*Oratio.*

[108v.]

**D**eus qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tue memóriam reliquisti : tríbue quésumus : ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria

venerári : ut redemptiónis tue fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas. *Et.*

*Epistola. Ad Corinthios. I. xj. [23-29.]*

**F**ratres. Ego enim accépi a Dómino quod et tradídi vobis : quóniam Dóminus Jesus Christus<sup>24</sup> : in qua nocte tradebátur accépit panem : et grátias agens, fregit et dixit, Accípíte et manducáte : hoc est corpus meum quod pro vobis tradétur. Hoc fácíte in meam commemoratióem. Simíliter et cálicem : postquam cenávit dicens, Hic calix novum testaméntum est : in

meo ságuine. Hoc fácíte quotienscúnque súmitis<sup>25</sup> in meam commemoratióem. Quotiescúmque enim manducábítis panem hunc et cálicem bibétis : mortem Dómini annuciábítis donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem, vel bíberit cálicem Dómini indigne : reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane

In die festo Corporis Christi.

illo edat : et de cálice bibat. Qui enim  
mandúcat et bibit indigne : iudícium

sibi mandúcat et bibit : non dijúdicans  
corpus Dómini.

GS:59, 164; 1508:72r, 144v, 164v; 1513:108v.<sup>26</sup>

Grad.  
VII.



- cu- li \* óm-ni- um in te spe- rant Dómi-  
ne : et tu das il- lis es- cam  
in témpo- re oportú- no.  
Ape- ris tu ma- num  
tu- am : et imples omne á-ni- mal

\* be-ne-dic-ti- óne.


In die festo Corporis Christi.

1508:144v; 1513:108v.


VIII.



L-le- lú- ya. \*



∞. Ca-ro me- a ve-re est ci- bus : et san- guis me-



us ve-re est po- tus, qui mandú- cat me-



am carnem et bi- bit me- um sán- gui- nem :



in me ma- net et e-go \* in e- o.

1508:145r; 1513:108v.<sup>27</sup>

Seq.  
VII.



Auda Sy-on Salva-tó-rem : \* lauda du-cem et pastó-



rem in hymnis et cánti-cis. Quantum po-tes tantum gaude :

ah50385.

In die festo Corporis Christi.

qui-a ma-jor omni laude, nec laudá-re súffi-cis. *b*<sup>1</sup>. Laudis  
thema spe-ci-á-lis : pa-nis vi-vus et vi-tá-lis, hó-di-e  
pro-pó-ni-tur. *b*<sup>2</sup>. Quem in sacre mensa ce- ne : turbe fratrum  
du-odé-ne, *c*<sup>1</sup>. da-tum non ambí-gi-tur. Sit laus ple-na sit  
so-nó-ra : sit jo-cúnda sit de-có-ra, mentis ju-bi-lá-ti-o.  
*d*<sup>1</sup>. Di-es e-nim sollénnis á-gi-tur : in qua mense prima re-có-  
*c*<sup>2</sup>. li-tur, hu-jus insti-tú-ti-o. In hac mensa no-vi re-gis :  
*d*<sup>2</sup>. no-vum pascha no-ve le-gis, pha-se ve-tus térmi-nat. Ve-tus-



In die festo Corporis Christi.

tá-tem nó-vi-tas : umbram fu-gat vé-ri-tas, noctem lux il-  
lúmi-nat. Quod in ce-na Christus gessit : fa-ci-éndum  
hoc exprés-sit, in su- i me-mó-ri- am. Docti sacris insti-tú-  
tis : pa-nem vi-num in sa-lú- tis, consecrámus hósti- am.  
Dogma da-tur Chris-ti- á-nis : quod in carnem transit pa-nis,  
et vi-num in sán-gui-nem. Quod non ca-pis quod non vi-des :  
a-nimó-sa firmat fi-des, pre-ter re-rum ór-di-nem. Sub  
di-vérsis spe-ci- é-bus : signis tantum et non re-bus,

In die festo Corporis Christi.

la-tent rex ex-ími- e. Ca-ro ci-bus sanguis po-tus : ma-net  
tamen Christus to-tus, sub utráque spé-ci- e. A su-  
mén-te non conscí-sus : non confráctus non di-ví- sus, ínte-ger  
accí-pi-tur. Sumit u-nus sumunt mil-le : quantum is-ti  
tantum il-le, nec sumptus consúmi-tur. Sumunt bo-ni  
sumunt ma- li : sorte tamen in-equá-li, vi-te vel in-té-ri-tus.  
Mors est ma-lis vi-ta bo- nis : vi-de pa-ris sumpti- ó-nis, quam  
sit dispar éx-i-tus. Fracto demum sacramén-to : ne va-cíl-les

The musical score consists of ten staves of music, each with a corresponding line of Latin text. The notation is a form of square neumes on a four-line staff. The lyrics are: la-tent rex ex-ími- e. Ca-ro ci-bus sanguis po-tus : ma-net tamen Christus to-tus, sub utráque spé-ci- e. A su- mén-te non conscí-sus : non confráctus non di-ví- sus, ínte-ger accí-pi-tur. Sumit u-nus sumunt mil-le : quantum is-ti tantum il-le, nec sumptus consúmi-tur. Sumunt bo-ni sumunt ma- li : sorte tamen in-equá-li, vi-te vel in-té-ri-tus. Mors est ma-lis vi-ta bo- nis : vi-de pa-ris sumpti- ó-nis, quam sit dispar éx-i-tus. Fracto demum sacramén-to : ne va-cíl-les. There are several performance markings: 'g.' above the first staff, 'b.' above the second staff, 'b.' above the third staff, 'i.' above the fourth staff, 'i.' above the fifth staff, and 'k.' above the sixth staff. The score ends with a double bar line.

In die festo Corporis Christi.



sed meménto : tantum esse sub fragmén-to, quantum to-to



té-gi-tur. Nul-la re- i fit scissú-ra : signi tantum fit fractú-ra :



[Ecce panis  
angelorum.]

qua nec sta-tus nec sta-tú- ra, signá-ti mi-nú- i-tur. Ecce



pa-nis ange-ló-rum : factus ci-bus vi- a-tó-rum : ve-re pa-nis



Fí-li- ó-rum : non mitténdus cá-ni-bus. In fi-gú-ris pre-sig-


[109r.]



ná-tur : cum I-sa- ac immo-lá-tur : agnus pasche de-pu-



tá-tur, da-tur manna pá-tri-bus. Bone pastor pa-nis ve-re :



Je-su nostri mi-se-ré-re : tu nos pasce, nos tu-é-re : tu

In die festo Corporis Christi.



nos bo-na fac vi-dé-re, in terra vi-vénti- um. Tui qui cuncta  
 scis et va-les : qui nos pascis hic mortá-les : tu nos i-bi com-  
 mensá-les : cohe-ré-des et so-dá-les, fac sanctó-rum cí-vi- um.

¶ [Evangelium]<sup>28</sup> *Secundum Johannem. vj. (56-59.)*


**I**N illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis : et turbis Judeórum, Caro mea vere est cibus : et sanguis meus vere est potus. Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sán-guinem : in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater : et ego

vivo propter Patrem. Et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de celo descéndit. Non sicut manducavérunt patres vestri manna : et mórtui sunt. Qui mandúcat hunc panem, vivet in etérnum.

[Credo.]<sup>29</sup> 20.


1508:146r; 1513:109r.<sup>30</sup>

Offert.  
 IV.



**S**A-cerdó-tes \* Dó- mi-ni incénsus et  
 pa- nes óffe- rent De-o : et í-de-o sancti

In die festo Corporis Christi.



e- runt De- o su- o : et non pól- lu- ent  
no- men e- jus al- le- lú- ya.

*Secreta.*

**E**cclesie tue quesumus Domine | concède : que sub oblatis munéribus  
unitatis et pacis propicius dona | mystice designántur. Per.

*Prefatio.* Quia per incarnáti. 1155.

*Hec prefatio dicitur per totas octavas quando de octavis<sup>31</sup> fit servitium : et in commemoratione ejusdem per totum annum.*

1508:146r; 1513:109r.


Comm.  
VII.



Uoti- enscúmque \* mandu- cá- bi- tis pa- nem hunc  
et cá- li- cem bi- bé- tis : mor- tem Dó- mi- ni annuci- á- bi-  
tis do- nec vé- ni- at : í- taque qui- cúmque mandu- cá- ve- rit  
pa- nem vel bí- be- rit cá- li- cem Dómi- ni indíg- ne :

In die festo Corporis Christi.

---



re-us e-rit corpus et sán-gui-nis Dó-mi-ni al-le-lú-ya.

*Postcommunio.*

**F**Ac nos quésumus Dómine di-  
vinitátis tue sempitérna fruitiône  
repléri : quam precíosi córporis et

sán-guinis tui, temporális percéptio  
prefigúrat. Qui vivis et regnas cum  
Deo.

*Per totam ebdomadam dicitur eadem missa, quando de octavis fit servitium [nisi festum sanctorum intercurrat et cum dicitur missa Salus pópuli. et nisi in dominica et nisi quando agitur de festo loci et de sancta Maria]<sup>32</sup> : sed sine sequentia et Credo. [videlicet ubi fiant octave sine regmine chori.]<sup>33</sup> Ubi [vero]<sup>34</sup> fiunt octave cum regimine chori, [dicitur quotidie per octavas. Et in octavis quando de octavis dicitur missa,]<sup>35</sup> dicitur sequentia Ecce panis angelórum. [ut supra in Sequentia precedenti.]<sup>36</sup> quotidie per octavas et in octava quando de octavis fit missa.*

¶ *Dominica prima post festum  
Sancte Trinitatis.*


[*Ad missam.*]<sup>37</sup>

GS:141; 1508:146v; 1513:109r.<sup>38</sup>

Offic.  
V.



Omi- ne \* in tu- a mi- se- ri- cór- di- a spe-




173-01.

rá- vi : ex- ultá- vit cor me- um in sa- lu- tá- ri




tu- o : cantá- bo Dó- mi- no, qui bo- na trí- bu- it



173-02.

mi- chi. *Ps.* Usquequo Dómi- ne obli- ví- sce- ris me in



fi- nem : úsquequo a- vértis fá- ci- em tu- am a me.

[*Kyrie eléyson.*]<sup>39</sup> 17\*.

*Oratio.*

**D**eus in te sperántium fortitúdo :  
adésto propícus invocatióibus  
nostris : et quia sine te nichil potest  
mortális infirmitas : presta auxiliúm

grátie tue : ut in exequéndis mandátis  
tuis : et voluntáte tibi et actiÓne  
placeámus. Per.

¶ *Memoria*<sup>40</sup> *de Trinitate fiat omnibus dominicis usque ad adventum Domini : nisi quando aliqua dominica omnino differatur.*

¶ *Notandum est : quod quando duplex festum per estatem in dominica contigerit : nulla de dominica fiet memoria ad missam*<sup>41</sup> *: licet aliquando pro*<sup>42</sup> *necessitate facta fuerit memoria ad vespervas et ad matutinas sub silentio, ut alias dictum est : sed quando fit de aliquo festo ix. lectionum in dominicis : semper fiat memoria de dominica et de Trinitate ad missam quando ad vespervas et ad matutinas facta fuerit memoria, nisi missa dominicalis debeat cantari ipsa dominica in capitulo.*<sup>43</sup>

¶ *Lectio libri epistole Johannis apostoli. I. iij. (8-21.)*

[109v.] **C**arissimi. Deus caritas est. In hoc apparuit caritas Dei in nobis : quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum : ut vivamus per eum. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum : sed quoniam ipse prior dilexit nos : et misit Filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Carissimi : si<sup>44</sup> Deus dilexit nos : et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem : Deus in nobis manet : et caritas ejus in nobis perfecta est. In hoc intelligimus<sup>45</sup> quoniam in eo manemus et ipse in nobis : quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur : quoniam Pater misit Filium suum : Salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est Filius Dei : Deus in eo manet, et ipse in Deo. Et nos


cognovimus et credimus caritati : quam habet Deus in nobis. Deus caritas est. Et qui manet in caritate : in Deo manet, et Deus in eo. In hoc perfecta est caritas Dei<sup>46</sup> nobiscum : ut fiduciam habeamus in die judicii : quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate : sed perfecta caritas, foras mittit timorem : quoniam timor penam habet. Qui autem timet : non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum : quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum : et fratrem suum oderit : mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt : Deum quem non videt, quomodo potest diligere ? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum : diligat et fratrem suum.



Dominice et ferie post Trinitatem.

GS:141; 1508:147r; 1513:109r.<sup>47</sup>

Grad.  
V.



173-03.

- go \* dix-i Dó-mi-ne mi-se- ré- re

me- i : sa-na á-ni-mam me- am

quó-ni- am pec-cá-vi ti- bi.

173-04.

∇. Be-á- tus qui intél-li-git su-per e-


gé-num et páu-pe- rem : in di- e

ma- la lí-be-rá-bit e- um \* Dó-mi-

nus.

GS:141; 1508:147r; 1513:109r.<sup>48</sup>

II.



L-le-lú- ya. \*                      Verba me- a

áu-ri-bus pér-                      ci- pe Dó-                      mi-ne :                      in-tél-

li- ge clamó-rem \* me-um.

*Nulla dicitur sequentia quando de dominica agitur : usque ad adventum Domini.*

¶ [Evangelium]<sup>49</sup> *Secundum Lucam. xvj. (19-31.)*

**I**N illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Homo quidam erat dives : et induebatur pūrpura et bysso : et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mēdicus nōmine Lázarus : qui jacēbat ad jānuam ejus ulcēribus plenus : cūpiens saturāri de micis que cadēbant de mensa dīvitis : et nemo illi dabat. Sed et canes veniēbant et lingēbant ūlcera ejus. Factum est autem ut morerētur mēdicus et portarētur ab āngelis in sinum Abrahe. Mórtnus est autem et dives : et sepūltus est in infērno. Elevans autem óculos suos : cum esset in tormēntis : vidit Abraham a longe et Lázarus in sinu ejus. Et

ipse clamans : dixit, Pater Abraham miserere mei : et mitte Lázarus ut intíngat extrémum dígiti sui in aquam<sup>50</sup> : ut refrigeret linguam meam : quia crúciar in hac flamma. Et dixit illi Abraham, Fili : recordāre quia recepisti bona in vita tua : et Lázarus simíliter mala. Nunc autem hic consolátur : tu vero cruciáris. Et in his ómnibus inter nos et vos chaos magnum firmátum est : ut hi qui volunt hinc transíre ad vos non possint : neque inde huc transmeáre. Et ait, Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Hábeo enim quinque fratres : ut testétur illis : ne et ipsi véniant in hunc locum tormentórum. Et ait illi Abra-

[110r.] ham, Hábert Moysen et prophétas : áudiant illos. At ille dixit, Non pater Abraham : sed si quis ex mórtuis íerit ad eos : peniténtiam agent. Ait autem

illi, Si Moysen et prophétas non áudiant : neque si quis ex mórtuis resurréxerit, credent.

GS:60, 142; 1508:73r, 147r; 1513:109v.<sup>51</sup>

Offert.

V.




N-tén- de \* vo- ci o-ra-ti-ó- nis me- e



Rex me- us et De- us me- us : quó-



ni- am ad te o-rá- bo Dó-



mi- ne.

173-10.

*Secreta.*

**D**Eus qui nos ad imáginem tuam cónditos : et sacraméntis rénovas, et precéptis : súpplícum preces et múnera benígus accépta : ut quod

fidúcia non habet meritórum : placatiónes optíneant hostiárum. Per Dóminum.

GS:50, 142; 1508:64r, 147v; 1513:110r.

Comm.


II.



Arrá- bo \* ómni- a mi-ra-bí- li- a tu- a :



173-13.



le-tá-bor et ex-ultá-bo in te : psal-lam nó-mi-ni tu- o  
al- tíssi-me.

*Postcommunio.*

**T**Antis Dómine repléti munéribus : | dona capiámus : et a tua nunquam  
presta quésumus : ut et salutária | laude cessémus. Per.

## ¶ *Feria iiij.*

*Lectio epistole beati Petri apostoli. II. j. (16-19.)*

**C**Aríssimi. Notam fécimus vobis  
Dómini nostri Jesu Christi  
virtútem et presciéntiam<sup>52</sup> : sed  
speculatóres facti ipsíus magnitúdinis.  
Accípiens<sup>53</sup> enim a Deo Patre ho-  
nórem et glóriam voce delápsa ad eum  
hujúsmodi<sup>54</sup> a magnífica glória,<sup>55</sup> Hic  
est Fílius meus diléctus : in quo michi  
complácui,<sup>56</sup> ipsum audíte.<sup>57</sup> Et hanc

vocem nos audívimus de celo allátam<sup>58</sup>  
cum essémus cum ipso in monte  
sancto. Et habémus firmiorem pro-  
phéticum sermónem cui benefácitis  
attendentes : quasi<sup>59</sup> lucérne lucénti in  
caliginóso<sup>60</sup> loco : donec dies illu-  
césca<sup>61</sup> et lúCIFer oriátur in córdibus  
vestris.

¶ [*Evangelium*]<sup>62</sup> *Secundum Matheum. v. (17-19.)*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus  
discípulis suis, Nolíte putáre quia  
veni sólvare legem aut prophétas. Non  
veni sólvare : sed adimplére. Amen  
quippe dico vobis : donec tránseat  
celum et terra : jóta unum, aut unus  
apex non preteríbit a lege donec ómnia

fiant. Qui ergo sólverit unum de  
mandátis istis mínimis, et docúerit sic  
hómnes : mínimus vocábitur in regno  
celórum. Qui autem fécerit et docúerit :  
hic magnus vocábitur in regno  
celórum.

☩ *Dominica ij. [post Trinitatem.]*<sup>63</sup>

GS:142; 1508:147v; 1513:110r.<sup>64</sup>

Offic.

I.



Ac-tus est \* Dómi-nus pro-téc-tor me-us et

e-dúx-it me in la-ti-tú-di-nem : saluum me fe-cit,

quó-ni-am vó-lu-it me. *Ps.* Dí-li-gam te Dómi-ne

forti-túdo me-a : Dó-mi-nus firmaméntum me-um et re-

fú-gi-um me-um et li-be-rá-tor me-us.

174-01.

174-02.

*Oratio.*

**S** Ancti nóminis tui Dómine  
timórem páriter et amórem fac  
nos habére perpétuum : quia nunquam

tua gubernatióne destítuis, quos in  
soliditáte tue dilectiónis instítuis. Per  
Dóminum.

☩ *Lectio. Epistole beati Johannis apostoli. i. iij. (13-18.)*

**C** Aríssimi. Nolíte mirári si odit  
vos mundus. Nos scimus quóni-  
am transláti sumus de morte ad vitam :  
quóniam dilígimus fratres. Qui non  
díligit : manet in morte. Omnis qui

odit fratrem suum : homicída est. Et  
scitis quóniam omnis homicída non  
habet vitam etérnam in se manéntem.  
In hoc cognóvimus<sup>65</sup> caritátem Dei :  
quóniam ille pro nobis ánimam suam


Dominice et ferie post Trinitatem.

pósuit : et nos debémus pro frátribus  
ánimas pónere. Qui habúerit sub-  
stántiam hujus mundi, et viderit  
fratrem suum necessitátem patiéntem :

et cláuserit víscera sua ab eo : quómo-  
do cáritas Dei manet in eo ? Filíoli mei :  
non diligámus verbo, neque lingua : [110v.]  
sed ópere et veritáte.

GS:53, 142; 1508:66v, 147v; 1513:110v.<sup>66</sup>

174-03. Grad. V.




D Dó-mi- num \* dum tri-bu-lá- rer cla-  
má- vi : et ex-audí- vit me.


174-04. *∞* Dómi-ne lí-be- ra  
á-nimam me-am a lá- bi- is i-ní-  
quis : et a lin- gua \* do-ló-sa.

GS:142; 1508:148r; 1513:110v.<sup>67</sup>


VI.




L-le-lú-ya. \*



Ÿ. De-us ju- dex jus- tus for- tis et



pá- ti- ens : nunquid i-ras-cé- tur per sín-gu- los



\* di- es.

¶ [Evangelium]<sup>68</sup> secundum Lucam. xiiij. (16-24.)

**I**N illo témpore. Dixit Jesus dis-  
cípulis suis parábolam hanc.  
Homo quidam fecit cenam magnam et  
vocávit multos. Et misit servum suum  
hora cene dícere invitátis ut venírent :  
quia jam paráta sunt ómnia. Et ce-  
pérunt simul omnes excusáre. Primus  
dixit illi, Villam emi : et necesse hábeo  
exíre, et vidére illam. Rogo te habe me  
excusátum. Et alter dixit, Juga boum  
emi quínque : et eo probáre illa. Rogo  
te, habe me excusátum. Et álius dixit,  
Uxórem duxi : et ídeo non possum


veníre. Et revérsus servus : nunciávit  
hec dómino suo. Tunc irátus pater-  
fámílias : dixit servo suo, Exi cito in  
pláteas et vicos civitátis : et páuperes ac  
debíles : cecos et claudos : íntroduc  
huc. Et ait servus, Dómine : factum  
est ut imperásti : et adhuc locus est. Et  
ait dóminus servo, Exi in vias et sepes :  
et compéllé intráre : ut impleátur  
domus mea. Dico autem vobis quod  
nemo virórum illórum qui vocáti sunt :  
gustábit cenam meam.

GS:73, 142; 1508:82r, 148r; 1513:110v.<sup>69</sup>

174-12. Offert.  
VI.

Omi-ne \* convérte-re et é-ri-pe á-nimam  
me- am : saluum me fac prop-ter mi-se-ri-córdi-am  
tu- am.

*Secreta.*


 Blátio nos Dómine tuo nómini | diem, ad celéstis vite tránsferat  
dicánda puríficet : et de die in | actiónem. Per.

GS:143; 1508:148r; 1513:110v.

174-15. Comm.  
II.

Antá-bo \* Dó-mi- no qui bo-na trí- bu- it  
mi-chi : et psal-lam nó-mi-ni Dómi-ni al-  
tíssi-mi.

*Postcommunio.*

 Umptis Dómine munéribus sa- | quentaciónem mystérii : crescat nostre  
cris : quésumus : ut cum fre- | salutis effectus. Per Dóminum



nostrum.

## ¶ *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>70</sup> *Ad Ephesios. iiij.* (17-24.)

**F**Ratres. Hoc dico et testificor in Dómino : ut jam non ambulétis sicut et gentes ámbulant in vanitate sensus sui<sup>71</sup> : ténébris obscurátum habéntes intelléctum : alienáti a via<sup>72</sup> Dei : per ignorántiam que est in illis : propter cecitátem cordis ipsórum. Qui desperántes semetípsos tradidérunt impudicítie : in operatióem immundície : omnes in avaríciam. Vos autem non ita didicístis Christum : si tamen

illum audístis : et in ipso edócti estis : sicut est véritas in Jesu. Depónite<sup>73</sup> vos secúndum pristínam conversatióem véterem hóminem qui corrúmpitur secúndum desidéria erroris. Renovámini autem spírítu mentis vestre : et indúite novum hóminem : qui secúndum Deum créatus est in justícia et sanctitáte veritátis.<sup>74</sup> In Christo Jesu : Dómino nostro.<sup>75</sup>

¶ [*Evangelium*]<sup>76</sup> *Secundum Matheum. xxj.* (23-27.)

**I**N illo témpore. Cum venísset Jesus in templum : accessérunt ad eum príncipes sacerdotum et senióres pópuli, dicéntes, In qua potestáte hec facis : et quis dedit tibi hanc potestátem ? Respóndens Jesus, dixit illis,<sup>77</sup> Interrogábo vos et ego unum sermónem : quem si dixéritis michi : et ego vobis dicam in qua potestáte hec fácio. Baptísmus Johánnis unde erat :


de celo, an ex homínibus ? At illi cogitábant intra se dicéntes, Si dixérimus de celo : dicet nobis, Quare ergo non credidístis illi ? Si autem dixérimus ex homínibus : timémus turbam. Omnes enim habébant Jo-  
[111r.]  
hánnem, sicut prophétam. Et respondéntes Jesu, dixérunt, Nescimus. Ait illis et ipse, Nec ego dico vobis : in qua potestáte hec fácio.

## ¶ *Dominica iij. post Trinitatem.*


GS:143; 1508:148r; 1513:11r.<sup>78</sup>

175-01.


Offic.  
VI.



Es-pi-ce \* in me et mi-se-ré- re me- i Dómi-



ne : quó-ni- am ú-ni-cus et pau-per sum e- go : vi-de hu-




mi- li-tá- tem me- am et la-bó- rem me- um : et di-



mít- te óm-ni- a peccá- ta me- a, De- us me- us.

175-02.



*Ps.* Ad te Dómi-ne le-vá-vi á-nimam me-am : De- us me-



us in te confi-do non e-ru-béscam.

*Oratio.*

**D**eprecationem nostram quesumus Dómine benígnus exáudi :

et quibus supplicandi prestas affectum :  
tribue defensionis auxilium. Per.

¶ *Lectio epistole beati Petri apostoli. 1. ult. (v. 6-II.)*

**C**arissimi. Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in tēpore visitatiónis. Omnem sollicitúdinem vestram projiciétes in eum : quóniam ipse <sup>79</sup> cura est de vobis. Sóbrii estóte et vigiláte : quia adversárius vester dyábolus tanquam leo rúgiens círcuit querens quem devoret.

Cui resístite fortes in fide : sciétes eándem passiónem ei que in mundo est : vestre fraternitáti fieri. Deus autem omnis grátie qui vocávit vos in etérnam suam glóriam : in Christo Jesu módicum passos : ipse perficiet, confirmábit, solidabítque. Ipsi glória et impérium : in sécula seculórum.

GS:32, 49, 143; 1508:49v, 63v, 148v; 1513:111r.<sup>80</sup>

Grad.  
VII.



Ac-ta \* co-gi-tá-tum tu- um in Dó-mi-no :

et ipse te

e- nútri-et.

∞. Dum cla-má-rem ad Dómi-num


ex-au-dí-vit vo-cem me-am, ab his

qui appro-pínquant \* mi- chi.

175-03.

175-04.

Dominice et ferie post Trinitatem.



GS:143; 1508:148v; 1513:111r.<sup>81</sup>


V.




L-le- lú- ya. \*



∞. Dí-li-gam te Dómi- ne virtus me-



a : Dó- mi- nus firmaméntum me-



um et re-fú- gi- um me- um et li- be- rá- tor



\* me- us.

¶ [Evangelium]<sup>82</sup> *Secundum Lucam. xv. (1-10.)*

**I**N illo tēpore. Erant appropinquantes<sup>83</sup> ad Jesum publicáni et peccatóres ut audirent illum. Et murmurábant scribe et phariséi,<sup>84</sup> dicéntes quia hic peccatóres récipit et mandúcat cum illis. Et ait ad illos parábolam istam : dicens, Quis ex vobis

homo qui habet centum oves : et si perdiderit unam ex illis : nonne dimittit nonaginta novem in desérto : et vadit ad illam que perierat donec invéniat illam ? Et cum invenerit eam : impónit in húmeros suos gaudens. Et véniens domum cónvocat amícos et

vicinos, dicens illis, Congratulámini michi : quia invéni ovem meam que perierat. Dico vobis quod ita gáudium erit in celo super uno peccatóre peniténtiam agente : quam supra nonagintanóvem justis : qui non índigent peniténtia. Aut que múlier habens dragmas decem : et si perdiderit dragmam unam : nonne accéndit lu-


cérnam et evértit domum, et querit diligénter donec invéniat eam<sup>85</sup> ? Et cum invénerit : cónvocat amícas et vicinas dicens, Congratulámini michi : quia invéni dragmam quam perdíderam. Ita dico vobis gáudium erit coram ángelis Dei super uno peccatóre peniténtiam agente.

GS:74, 144; 1508:82v, 149r; 1513:111r.<sup>86</sup>


Offert.  
III.



Pe- rent \* in te omnes qui no-vé-runt no- men




tu- um Dómi- ne : quó-ni- am non de- re- línquis



que-rén- tes te, psál- li- te Dó-mi- no qui há-



bi-tat in Sy- on : quó-ni- am non est oblí- tus



o-ra-ti- ó- nem páupe- rum.

175-09.

*Secreta.*

**M**Unera tibi Dómine quésumus  
obláta sanctífica : ut tui nobis

unigéniti corpus et sanguis fiant ad  
medélam.<sup>87</sup> Qui tecum.

GS:144; 1508:149r; 1513:111r.<sup>88</sup>

175-12.  
Comm.  
VI.



- go clamá- vi \* quó-ni- am ex-audís-ti me De- us :

inclí-na aures tu- am, et ex-áu-di ver- ba me- a.

*Postcommunio.*

**S**acris Dómine munéribus per-  
céptis quésumus : ut nos eórum  
virtúte : et a vítiis ómnibus éxpies : et

donis grátie tue júgiter répleas. Per [111v.]  
Dóminum.

## ¶ *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>89</sup> *Ad Timotheum. II. iiij. (17-18.)*

**C**aríssime. Dóminus michi ástitit  
et confortávit me : ut per me  
predicatio adimpleátur. Et áudiant  
omnes gentes : quia liberátus sum de

ore leónis. Liberávit me Dóminus ab  
omni ópere malo : et salvum fáciat in  
regnum suum celéste. Ipsi glória in  
sécula seculórum. Amen.<sup>90</sup>

¶ [*Sequentia sancti evangelii*] *secundum Mattheum. v. (25-30.)*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus dis-  
cípulis suis, Esto conséntiens<sup>91</sup>  
adversário tuo cito dum es in via cum  
eo : ne forte tradat te adversáriu júdici :  
et júdex tradat te mínistro : et in  
cárcerem mittáris. Amen dico tibi non  
éxies inde : donec reddas novíssimum

quadrántem. Audístis quia dictum est  
antíquus, non mecháberis. Ego autem  
dico vobis : quia omnis qui víderit  
mulierem ad concupiscéndum eam :  
jam mechátus est eam in corde suo.  
Quod si óculus tuus dexter scandalizat  
te : érue eum et prójice abs te. Expedi-

enim tibi ut péreat unum membrórum  
tuórum : quam totum corpus tuum  
[mittátur in gehénnam. Et si délixera  
manus tua scandalízat te, abscíde eam

et prójice abs te : éxpedit enim tibi ut  
péreat unum membrórum tuórum,  
quam totum corpus tuum]<sup>92</sup> eat in  
gehénnam.

¶ *Dominica iiij. [post Trinitatem.]*<sup>93</sup>

GS:144; 1508:149r; 1513:111v.<sup>94</sup>

176-01. Offic.  
II.



O-mi-nus \* il-lumi-ná-ti- o me- a et sa- lus  
me- a quem ti- mé- bo : Dó-mi-nus de-fén-sor  
vi- te me- e a quo tre-pi-dá- bo : qui trí-bu-lant  
me i-ni-mí-ci me- i : infirmá-ti sunt et ce-  
176-02. ci- dé- runt. *Ps.* Si consístant advér-sum me castra :  
non timé-bit cor me- um.

*Oratio.*

¶ Rotéctor<sup>95</sup> in te sperántium Deus :  
sine quo nichil est válidum nichil  
sanctum : multiplica super nos mi-  
sericórdiam tuam : ut te rectóre, te

duce : sic transeámus per bona tem-  
porália : ut non amittámus etérna. Per  
Dóminum.



[Epistola]<sup>96</sup> Ad Romanos. viij. (18-23.)

**F**Ratres. Existimo<sup>97</sup> enim quod non sunt<sup>98</sup> condigne passiones hujus tēporis ad futūram glóriam que revelábitur in nobis. Nam expectatio creatūre : revelatiónem filiórum Dei expéctat. Vanitati enim creatúra subjécta est, non volens : sed propter eum qui subjécit eam<sup>99</sup> in spe. Quia et ipsa creatúra liberábitur a servitute corrup-

tiónis : in libertátem glórie filiórum Dei. Scimus enim quod omnis creatúra ingemíscit : et párturit usque adhuc. Non solum autem illa : sed et nos ipsi : primítias spíritus habéntes : et ipsi intra nos gémmus adoptiónem filiórum Dei : expectántes redemptiónem córporis nostri. In Christo Jesu Dómino nostro.<sup>100</sup>


GS:42, 51, 145, 170; 1508:58r, 65v, 149v, 170r; 1513:111v.<sup>101</sup>

Grad.  
V.

176-04.

176-05.


Dominice et ferie post Trinitatem.




ne lí- be-ra nos.

GS:144; 1508:149v; 1513:111v.<sup>102</sup>


VI.



L-le- lú- ya. \*




∞. Dó-mi- ne in vir- tú- te tu- a



le-tá- bi- tur rex : et su-



per sa-lu- tá- re tu- um ex-ul-tá- bit \* ve- he-



mén- ter.

¶ [Evangelium]<sup>103</sup> *Secundum Lucam. vj. (36-42.)*

**I**N illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis, Estóte misericórdes, sicut et Pater vester misericors est. Nolíte judicáre : et non judicabímini. Nolíte condemnáre : et non condemnabímini. Dimíttite et dimit-

témini. Date, et dábitur vobis. Mensúram bonam et confértam et coagítatam et supereffluéntem dabunt in sinum vestrum. Eádem quippe<sup>104</sup> mensúra qua mensi fuéritis : remetietur vobis. Dicébat autem illis et

Dominice et ferie post Trinitatem.

similitudinem, Nunquid potest cecus cecum ducere ? Nonne ambo in foveam cadunt ? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit : si sit sicut magister ejus.


[112r.]

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui : trabem autem que in oculo

tuo est, non consideras ? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater : sine eijciam festucam de oculo tuo : ipse in oculo tuo trabem non vides ? Ipocrita : ejice primum trabem de oculo tuo : et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

GS:54, 145; 1508:67v, 150r; 1513:112r.<sup>105</sup>

Offert.  
VI.



L-lú- mi- na \* ó-cu- los me- os, ne-  
quando obdór- mi- am in mor- te : ne-quán-  
do di-cat i-nimí- cus me- us, pre-vá- lu- i  
ad-vérsus e- um.

176-10.

*Secreta.*

**R** Espice quésumus Dómine mú-  
nera supplicántis ecclésie : et

salúti credéntium, perpétua sanctifi-  
cacióné suméndá concéde. Per.

GS:145; 1508:150r; 1513:112r.<sup>106</sup>

176-14.

Comm.  
II.



Omi-nus \* firmamén-tum me- um, et re-fú-gi- um

me- um, et li-be- rá- tor me- us : De-us me- us

ad-jú- tor me- us.

*Postcommunio.*



Ancta tua nos Dómine sumpta  
vivíficent : et misericórdie sem-

pitérne prepárent expiátos. Per.

## ¶ *Feria iiij.*

*Lectio epistole beati Johannis apostoli. [I] ij. (3-6.)*

¶ Aríssimi. In hoc scimus quóniam  
cognóvimus Deum<sup>107</sup> si mandáta  
ejus servámus.<sup>108</sup> Qui dicit se scire  
eum<sup>109</sup> : et mandáta ejus non servat<sup>110</sup> :  
mendax est et in eo<sup>111</sup> véritas non est.  
Nam qui custódit verbum ejus : vere in

hoc cáritas Dei perfécta est. In hoc  
scimus quóniam in ipso sumus. Qui  
dicit se in Christo<sup>112</sup> manére : debet  
quemádmódum<sup>113</sup> ille ambulávit, et  
ipse ambuláre.

¶ [*Evangelium*]<sup>114</sup> *Secundum Mattheum. xvij. (10-17.)*

¶ IN illo témpore. Interrogavérunt  
discípuli Jesum, dicéntes, Quid  
scribe dicunt : quod Helýam opórteat  
primum veníre ? At ille respóndens :  
ait eis, Helýas quidem ventúrus est : et  
restítuet ómnia. Dico autem vobis :

quia Helýas jam venit : et non  
cognovérunt eum : sed fecérunt in eo  
quecúmque voluérunt. Sic et Fílius  
hóminis passúrus est ab eis. Tunc  
intellexérunt discípuli : quia de Jo-  
hánne baptísta dixíset eis. Et cum

venisset ad turbam : accessit ad eum  
homo genibus prostratus ante eum  
dicens, Domine miserere filio meo :  
quia lunaticus est et male patitur. Nam  
sepe cadit in ignem : et crebro in  
aquam : et obtuli eum discipulis tuis :  
et non potuerunt curare eum. Res-

pondens autem Jesus : ait, O generatio  
incrédula et perversa : quousque ero  
vobiscum : usquequo patiar vos ?  
Afferte huc illum ad me. Et increpavit  
eum Jesus : et exiit ab eo demonium :  
et curatus est puer ex illa hora.

¶ *Dominica quinta. [post Trinitatem.]*<sup>115</sup>

GS:145; 1508:150r; 1513:112r.<sup>116</sup>

177-01. Offic. IV.



**X**-áudi \* Dó-mi-ne vo-cem me-am qua cla-má-  
 vi ad te : adjú-tor me-us es-to ne de-re-lín-quas me,  
 neque despí-ci-as me De-us sa-lu-tá-ris

177-02.



me-us. *Ps.* Dó-mi-nus il-lumi-ná-ti-o me-a : et sa-lus  
 me-a quem timébo.

[Kýrie eléyson.]

*Oratio.*

**D**A nobis quésumus Dómine : ut  
 et mundi cursus, pacífice nobis  
 tuo órdine dirigátur : et ecclésia tua

tranquílla devotióne letétur. Per  
 Dóminum nostrum.

¶ *Lectio epistole beati Petri apostoli. I. iij. (8-15.)*

**C**aríssimi. Omnes unánimes in  
 oratióne estóte<sup>117</sup> compatiéntes :  
 fraternitátis amatóres, misericórdes,

modésti, húmiles. Non reddéntes  
 malum pro malo : vel maledíctum pro  
 maledícto : sed econtrário benedi-


céntes. Quia in hoc vocáti estis : ut benedictiónem hereditáte possideátis. Qui enim vult vitam diligere, et cupit vidére dies bonos : coérceat linguam suam a malo : et lábia ejus ne loquántur dolum. Declínet autem a malo, et fáciat bonum : inquirat pacem, et sequátur eam. Quia óculi Dómini super justos : et aures ejus ad<sup>118</sup> preces

[112v.]

eórum. Vultus autem Dómini : super faciéntes mala. Et quis est qui vobis nóceat : si boni emulatóres fuéritis ? Sed et si quid patímini propter justíciam : beáti.<sup>119</sup> Timórem autem eórum ne timuérítis : ut non conturbémini. Dóminum autem Christum sanctificáte in córdibus vestris.

GS:37, 43, 144, 171; 1508:53v, 58v, 150v; 170v; 1513:112v.<sup>120</sup>

Grad.  
V.



177-03.

**R**o-téc-tor nos- ter \* ás- pi- ce De-

us : et rés- pi- ce su-per ser-vos tu- os.

177-04.


∞. Dómi-ne De-us virtú-tum

ex-áu- di pre- ces servó- rum

\* tu-ó- rum.

GS:146; 1508:150v; 1513:112v.<sup>121</sup>

III.



L-le- lú- ya. \*      ⁊. In te

Dó-mi- ne spe- rá- vi non confún- dar in

e- tér- num : in tu- a jus- tí- ci- a lí- be- ra me

et é- ri- pe me, inclí- na ad me au- rem

tu- am : a- cél- le- ra ut e- rí- pi- as \* me.

¶ [Evangelium]<sup>122</sup> *Secundum Lucam. v. (I-II.)*

**I**N illo témpore. Cum turbe irrú-  
erent ad Jesum ut audírent ver-  
bum Dei : et ipse stabat secus stagnum  
Genézareth. Et vidit duas naves stantes  
secus stagnum : piscatóres autem  
descénderant : et lavábant rhétia.  
Ascéndens autem in unam navim que  
erat Symónis : rogávit eum ut a terra

redúceret pusillum. Et sedens : docébat  
de navícula turbas. Ut cessávit  
autem loqui : dixit ad Symónem, Duc  
in altum : et laxáte rhétia vestra in  
captúram. Et respóndens Symon :  
dixit illi, Precéptor : per totam noctem  
laborántes nichil cépimus : in verbo  
autem tuo laxábo rhete. Et cum hoc



fecissent : conclusérunt píscium multitudínem copiósam. Rumpebátur autem rhete eórum : et annuérunt sóciis qui erant in ália navi : ut venírent et adjuvárent eos. Et venérunt : et implevérunt ambas navículas ita ut pene mergeréntur. Quod cum víderet Symon Petrus : prócidit ad génua Jesu, dicens, Exi a me Dómine : quia homo peccátor sum. Stupor enim circum-

déderat eum : et omnes qui cum illo erant in captúra píscium quam céperant. Simíliter autem Jacóbum, et Johánnem, filios Zebedéi : qui erant sócii Symónis. Et ait ad Symónem Jesus, Noli timére : ex hoc jam hómines eris cápiens. Et subdúctis ad terram návibus : relíctis ómnibus secúti sunt eum.

GS:49, 146; 1508:63r, 151r; 1513:112v.<sup>123</sup>

Offert. I.  177-09.




Ene-dí- cam \* Dó-mi-num qui mi- chi trí-bu- it



intel-léc- tum : pro-vi-dé-bam De- um in conspéc-



tu me- o sem- per : quó-ni- am a dex- tris



est mi- chi ne commó- ve- ar.


*Secreta.*

**A**scéndant quésumus Dómine preces humilitátis nostre in conspéctu cleméntie tue : et descéndat

super hec obláta virtus tue divinitátis : quam nostris quoque purificándis méntibus largiáris. Per Dóminum.

GS:146; 1508:151r; 1513:112v.<sup>124</sup>

177-12. Comm.  
VII.



- nam pé- ti- i \* a Dó-mi-no hanc re-  
quí- ram : ut inhá-bi-tem in do-mo Dómi-ni : ómni-bus  
di- é- bus vi-te me- e.

*Postcommunio.*

**A**stéria nos Dómine quésumus  
sancta puríficent : et suo mú-

nere tueántur. Per Dóminum nostrum  
Jesum Christum Fílium tuum.

**¶** *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>125</sup> *Ad Timotheum. I. ij. (1-7.)*

**C**aríssime. Obsécro primum óm-  
nium fieri obsecratiónes, orati-  
ónes, postulatiónes, gratiárum acti-  
ones : pro ómnibus homínibus. Pro régibus,  
et ómnibus qui in sublimitáte sunt  
constitúti : ut quiétam et tranquíllam  
vitam agámus, in omni pietáte et  
castitáte. Hoc enim bonum est et ac-  
céptum coram Salvatóre nostro Deo :  
qui omnes hómínes vult salvos fieri : et

ad agnitiónem veritátis venire. Unus  
enim Deus : unus et mediátor Dei et  
hómínum, homo Christus Jesus : qui  
dedit redemptiónem semetípsum pro  
ómnibus. Cujus testimónium tem-  
póribus suis confirmátum est : in quo  
pósitus sum ego predicátor et apos-  
tólus. Veritátem dico non méntior : [113r.]  
doctor géntium : in fide et veritáte.

¶ [Evangelium]<sup>126</sup> *Secundum Lucam. viij. (22-25.)*

**I**N illo tēpore. Factum est in una diērum : et Jesus ascēdit in navīculam et discīpuli ejus. Et ait ad illos, Transfretēmus trans stagnum. Et ascendērunt. Navigāntibus autem illis : obdormīvit. Et descendit pro-cēlla venti in stagnum : et com-pellebāntur flūctibus, et periclitābāntur. Accedētes autem : suscita-

vērunt eum dicētes, Precēptor : perīmus. At ille surgens : increpāvit ventum et tempestātem aque : et cessāvit. Et facta est tranquīllitas. Dixit autem illis, Ubi est fides vestra ? Qui timētes mirāti sunt ad invicem dicētes, Quis putas hic est ? Quia ventis íperat et mari et obédiunt ei.<sup>127</sup>

¶ *Dominica vj. [post Trinitatem.]*<sup>128</sup>

GS:146; 1508:151r; 1513:113r.<sup>129</sup>


178-01.

Offic.


II.




O-mi-nus \* for-ti-túdo ple-bis su- e : et pro-téc-



tor sa- lu-tá- ri- um Chris-ti su- i est : sal-vum




fac pópu-lum tu- um Domi- ne : et bé-ne-dic he- re-



di- tá-ti tu- e : et re-ge e-os usque in sé-


178-02.



cu- lum. *Ps.* Ad te Dómi-ne clamá-bo De-us me-us ne sí-



le- as a me : nequándo tá-ce- as a me : et assimi-lá-bor des-



cendénti-bus in la-cum.

*Oratio.*

**D**eus qui diligentibus te bona invisibilia preparasti : infunde córdibus nostris tui amoris effectum :

ut te in ómnibus et super ómnia diligentes : promissiones tuas que omne desiderium súperant consequámur.

Per Dóminum.

¶ [Epistola]<sup>130</sup> *Ad Romanos. vj. (3-II.)*

**F**Ratres. Quicúnque baptizáti sumus in Christo Jesu : in morte ipsíus baptizáti sumus. Consepúlti enim sumus cum illo per baptismum in mortem : ut quómodo Christus surréxit a mórtuis per glóriam Patris : ita et nos in novitáte vite ambulémus. Si enim complantáti facti sumus similitúdini mortis ejus : simul et resurrecciónis érimus. Hoc sciéntes quia vetus homo noster simul crucifixus est ut destruátur corpus peccáti : ut ultra non serviámus peccáto. Qui enim

mórtuus est : justificátus est a peccáto. Si autem mórtui sumus cum Christo : crédimus quia simul étiam vivémus cum Christo. Sciéntes quod Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur : mors illi ultra non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto : mórtuus est semel. Quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos : existimáte vos mórtuos quidem esse peccáto : vivéntes autem Deo. In Christo Jesu : Dómino nostro.

GS:43, 147, 169; 1508:58v, 151v, 169v; 1513:113r.<sup>131</sup>

Grad.  
V.


178-03.

Onvér- te-re \* Dó- mi-ne a-li-quántu- lum : et depre-cá- re su-per ser-vos tu- os.

178-04.

∟. Dómi-ne re-fú- gi- um fac-tus es no- bis : a ge-ne-ra-ti- ó-

Dominice et ferie post Trinitatem.



ne \* et pro-gé- ni- e.

GS:147; 1508:151v; 1513:113r.<sup>132</sup>


II.




L-le- lú-ya. \*



∅. E-ri-pe me de i-nimí-cis me- is De- us



me- us : et ab insurgén-



ti-bus in me lí-be- ra \* me.

¶ [Evangelium]<sup>133</sup> *Secundum Mattheum. v. (20-24.)*

**I**N illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis, Amen<sup>134</sup> dico vobis quia nisi abundáverit iusticia vestra plusquam scribárum et phariseórum : non intrábitis in regnum celórum. Audistis quia dictum est antíquis : non occídes. Qui autem occíderit : reus erit iudicio. Ego autem dico vobis : quia omnis qui iráscitur fratri suo : reus erit

iudicio. Qui autem díxerit fratri suo racha : reus erit consílio. Qui autem díxerit fátue : reus erit gehénne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altáre : et ibi recordátus fúeris quia frater tuus habet áliquid advérsum te : relínque ibi munus tuum ante altáre : et vade prius reconciliári fratri tuo. Et tunc véniens : ófferes munus tuum.

Dominice et ferie post Trinitatem.

GS:27, 147; 1508:44v, 151v; 1513:113v.<sup>135</sup>

Offert.  
IV.




Erfi- ce \* gres- sus me- os in sé- mi- tis [113v.]



tu- is : ut non mo-ve-án- tur vestí- gi- a me- a,



inclí- na au- rem tu- am et ex-áudi verba me- a :



mi- rí- fi- ca mi- se- ri- cór- di- as tu- as qui sal- vos fa- cis



spe- rántes in te Dómi- ne.

*Secreta.*

**R**opiciáre Dómine supplicati-  
ónibus nostris : et has oblatiões  
famulórum tuórum<sup>136</sup> benígnus as-

súme : ut quod sínguli obtulérunt ad  
honórem tui nóminis, cunctis proficiat  
ad salútem. Per.

GS:147; 1508:152r; 1513:113v.<sup>137</sup>

Comm.  
VI.



Ircú- i- bo \* et immo- lá- bo in ta- berná- cu- lo

178-13.

e- jus hós-ti- am ju-bi- la-ti- ó- nis : cantá- bo et  
psal- mum di- cam Dómi- no.

*Postcommunio.*

<p><b>Q</b>uos Dómine celésti dono satiásti : presta quésumus : ut a nostris</p>	<p>mundémur occúltis : et ab hóstium liberémur insídiis. Per Dóminum.</p>
--	---

## ¶ *Feria iiij.*

*Lectio epistole beati Johannis apostoli. I. ij. (21-25.)*

**C**aríssimi. Non scripsi vobis quasi  
ignorántibus veritátem : sed  
quasi<sup>138</sup> sciéntibus eam : quóniam  
omne mendácium ex veritáte non est.  
Quis est mendax : nisi is qui credit  
quóniam Jesus non est Christus ? Hic  
est antichristus : qui negat Patrem et  
Fílium. Omnis qui negat Fílium : nec

Patrem habet : qui autem<sup>139</sup> confitétur  
Fílium : et Patrem habet. Vos quod  
audístis ab inítio : in vobis permáneat.  
Quia si in vobis permánerit quod  
audístis ab inítio : et vos in Fílio et  
Patre manébitis. Et hec est repro-  
missio : quam ipse pollicítus est  
nobis,<sup>140</sup> vitam etérnam.<sup>141</sup>

¶ [*Evangelium*]<sup>142</sup> *secundum Marcum. x. (17-21.)*

**I**N illo témpore. Cum egréssus  
esset Jesus in via : procúrrens  
quidam genufléxo ante eum : inter-  
rogábat eum dicens, Magíster bone :  
quid faciam ut vitam etérnam  
percípiam ? Jesus autem dixit ei, Quid  
me dicis bonum. Nemo bonus nisi  
solus Deus. Precépta nosti ? Ille dixit,

Que ? Ne adúlteres, ne occidas, ne  
furéris, ne<sup>143</sup> falsum testimónium  
dixeris, ne fraudem féceris, honóra  
patrem tuum et matrem. At ille  
respóndens ait illi, Magíster bone : hec  
ómnia custodívi a juventúte mea. Jesus  
autem intúitus eum diléxit eum : et  
dixit ei, Unum tibi deest, Vade<sup>144</sup> :



Dominice et ferie post Trinitatem.

---

vende ómnia<sup>145</sup> quecúmque habes<sup>146</sup>  
et da paupéribus : et habébis the-

saurum in celo : et veni séquere me.

¶ *Dominica vij. [post Trinitatem.]*<sup>147</sup>

GS:133, 148; 1508:129r, 152r; 1513:113v.<sup>148</sup>

179-01. Offic. VI.

M- nes \* gen-tes pláu-di-te má-ni-bus :  
ju-bi-lá- te De- o in vo-ce ex-ul-ta-ti- ó- nis.

179-02. Ps. Subjé-cit pó-pu-los no-bis : et gentes sub pé-di-bus  
nostris.

*Oratio.*

**D**eus virtutum cuius est totum quod est optimum : insere peccatoribus nostris amorem tui nominis : et presta in nobis religionis aug-

mentum : ut que sunt bona nutrias, ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per.

¶ [*Epistola*]<sup>149</sup> *Ad Romanos. vij. (19-23.)*

**F**ratres. Humánum<sup>150</sup> dico : propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditie et iniquitati ad iniquitatem : ita nunc exhibete membra vestra servire justicie in sanctificationem. Cum enim servi

essetis peccati : liberi fuistis justicie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis<sup>151</sup> : in quibus nunc erubescitis ? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato : servi autem facti Deo. Habetis fructum vestrum in sanctificationem : finem vero vitam

Dominice et ferie post Trinitatem.

etérnam. Stipéndia enim peccáti :  
mors. Grátia autem Dei : vita etérna.


In Christo Jesu Dómino nostro.

GS:67, 148, 168; 1508:77r, 152r, 168v; 1513:113v.<sup>152</sup>


Grad.  
V.




E-ni- te \* fí- li- i audí- te me : timó-rem [114r.]



Dómi-ni do-cébo vos. *℣.* Accé-di-te



ad e- um et il-lumi-ná-mi-




ni : et fá-ci- es vestre non con-fundéntur.

GS:148; 1508:152v; 1513:114r.<sup>153</sup>

VII.



L-le- lú- ya. \*




*℣.* Te de-cet hymnus De- us in Sy-



on : et ti- bi red- dé-tur vo- tum



\* in Hie-rú-sa-lem.



¶ [Evangelium]<sup>154</sup> *Secundum Marcum. viij. (1-9.)*

**I**N illo tēpore. Cum turba multa esset cum Jesu : nec habērent quod manducārent : convocātis discipulis ait illis, Misereor super turbam : quia ecce jam trīduo sūstinent me : nec habent quod mandúcent : et si dimiserō eos jejūnos in domum suam : deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venērunt. Et responderunt ei discipuli sui, Unde istos pōterit quis hic saturāre pānibus in solitūdine ? Et interrogāvit eos, Quot panes habētis ?

Qui dixerunt, Septem. Et precēpit turbe discumbere super terram. Et accipiēns septem panes : grātiās agens fregit et dabat discipulis suis : ut appōnerent. Et apposuerunt turbe. Et habēbant piscīculos paucos : et ipsos benedixit et jussit appōni. Et manducaverunt et saturāti sunt. Et sustulerunt quod superāverat de fragmētis : septem sportas. Erant autem qui manducāverant quasi quāttuor mīlia : et dimisit eos.

GS:148; 1508:152v; 1513:114r.<sup>155</sup>


179-11.

Offert.


V.



I-cut \* in o-lo-cāus-tum a-rí-e-tum et tau-




ró-rum : et si-cut in mí-li-bus agnó-rum pín-



gui-um : sic fi-at sacri-fí-ci-um nos-trum in

Dominice et ferie post Trinitatem.



conspéc-tu tu- o hó- di- e ut plá- ce-at ti- bi :  
qui- a non est con-fú-si- o confi-dénti-bus in te  
Dómi- ne.

*Secreta.*

**P**ropiciáre Dómine supplicatió-  
nibus nostris : et has pópuli tui  
oblatiónes benígnus assúme : et ut  
núllius sit írritum votum, núllius vácu

postulátio : presta quésumus : ut quod  
fidéliter pétimus, effícaciter conse-  
quámur. Per.

GS:149; 1508:152v; 1513:114r.


Comm.

IV.



179-13.

Nlí- na \* aurem tu- am : accé-le- ra ut



é- ru- as nos.

*Postcommunio.*

**R**epléti Dómine munéribus tuis,  
tribue quésumus : ut et eórum

mundémur efféctu et muniámur  
auxílio. Per Dóminum.

## ¶ *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>156</sup> *Ad Romanos. viij. (1-6.)*

**F**Ratres. Nichil nunc damnationis est his qui sunt in Christo Jesu : qui non secundum carnem ambulat. Lex enim spiritus vite in Christo Jesu : liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi : in quo infirmabatur per carnem Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. Et de peccato damnavit peccatum in carne : ut justificatio legis

impleretur in nobis. Qui non secundum carnem ambulamus : sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt : que carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum sunt : que sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est. Prudentia autem spiritus vita et pax. In Christo Jesu : Domino nostro.<sup>157</sup>

¶ [*Evangelium*]<sup>158</sup> *secundum Mattheum. xij. (1-7.)*

**I**N illo tempore. Abiit Jesus sabbato per sata<sup>159</sup> : discipuli autem ejus esuriētes cepērunt evellere<sup>160</sup> spicas et manducare. Pharisēi autem vidētes dixerunt ei, Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis<sup>161</sup> facere sabbatis. At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit David quando esuriit : et qui cum illo erant. Quomodo intravit in domum Dei et panes propositionis

comedit quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant nisi solis sacerdotibus ? Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant : et sine crimine sunt ? Dico autem vobis quia templo major est hic. Si autem sciretis quid est misericordiam volo et non sacrificium : nunquam condemnassetis innocentes.

☩ *Dominica viij. [post Trinitatem.]*<sup>162</sup> [114v.]

GS:149; 1508:153r; 1513:114v.<sup>163</sup>

Offic.  
I.




Uscé-pimus \* De- us mi-se-ri-cór-di- am tu- am


180-01.



in me- di- o templi tu- i se-cúndum no-men tu-



um De- us : i- ta et laus tu- a in fi-nes ter- re :



180-02.

justí- ci- a ple- na est déxte-ra tu- a. *Ps.* Magnus



Dómi-nus et laudá-bi-lis ni-mis : in ci-vi-tá-te De- i nostri



in monte sancto e- jus.

*Oratio.*

**D**eus cujus providéntia in sui  
dispositióne non fállitur : te  
súplices exorámus : ut nóxia cuncta


submóveas et ómnia nobis profutúra  
concédas. Per Dóminum.

¶ [Epistola]<sup>164</sup> *Ad Romanos. viij. (12-17.)*


**F**Ratres. Debitóres sumus non  
carni : ut secúndum carnem vi-  
vámus. Si enim secúndum carnem  
vixéritis, moriémini. Si autem spírítu  
facta carnis mortificavéritis : vivé-  
tis. Quicúnque enim Spírítu Dei agúntur :  
hi sunt filii Dei. Non enim accepístis  
spírítum servitútis íterum in timóre :

sed accepístis spírítum adoptiónis  
filiórum Dei<sup>165</sup> : in quo clamámus  
Abba Pater. Ipse enim Spírítus testi-  
mónium reddit spírítui nostro : quod  
sumus filii Dei. Si autem filii et  
herédes. Herédes quidem Dei : cohe-  
rédes autem Christi.

GS:64, 149; 1508:75r, 153r; 1513:114v.<sup>166</sup>

180-03. Grad. V. 


S-to \* michi in De-um pro- tec- tó-  
rem : et in lo- cum re- fú- gi- i,  
ut sal- vum me fá- ci- as.

180-05. 

De-us in te spe-rá-vi Dó-mi-ne non  
confún- dar in e-tér- num.



Dominice et ferie post Trinitatem.




GS:149; 1508:153v; 1513:114v.<sup>167</sup>


VI.



L- le- lú- ya. \*



∞. Attén- di- te pó- pu- le



me- us in le- gem \* me-



am.


¶ [Evangelium]<sup>168</sup> *Secundum Matheum. vij. (15-21.)*

**I**N illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis, Attēndite a falsis prophētis qui vēniunt ad vos in vestimētis óvium : intrínsecus autem sunt lupi rapáces. A frúctibus eórum cognoscētis eos. Numquid cólligunt de spinis uvas : aut de tríbulis ficus ? Sic omnis arbor bona : fructus bonos facit. Mala autem arbor : fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus

malos fácere : neque arbor mala fructus bonos fácere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidétur : et in ignem mittétur. Igitur ex frúctibus eorum cognoscētis eos. Non omnis qui dicit michi Dómine Dómine : intrábit in regnum celórum : sed qui facit voluntátem Patris mei qui in celis est : ipse intrábit in regnum celórum.

GS:69, 149; 1508:79r, 153v; 1513:114v.<sup>169</sup>

180-09. Offert.  
V.



O-pu- lum \* hú-mi- lem sal- vum fá- ci- es  
Dó- mi- ne : et ó- cu- los su- per bó- rum hu- mi- li-  
á- bis : quó- ni- am quis de- us pre- ter te  
Dó- mi- ne.


*Secreta.*

**D**eus qui legálium differéntias  
hostiárum unius sacrificii per-  
fectióne sanxísti : áccipe sacrificium a  
devótis tibi fámulis oblátum<sup>170</sup> : et pari  
benedictióne sicut múnera justi


Abel<sup>171</sup> sanctífica : ut quod sínguli  
obtulérunt ad majestátis tue honórem,  
cunctis proficiat ad salútem. Per  
Dóminum.

GS:150; 1508:153v; 1513:114v.

180-12. Comm.  
III.



Ustá-te \* et vi- dé- te quó- ni- am su- á- vis  
est Dómi- nus : be- á- tus vir qui spe- rat in



*Postcommunio.*

**T**ua nos Dómine medicinális  
operátio : et a nostris perversi-  
tátibus cleménter expédíat : et ad ea

que recta sunt perdúcat. Per  
Dóminum.

**¶** *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>172</sup> *Ad Romanos. v. (8-II.)*

**F**ratres. Comméndat Deus cari-  
tátem suam in nobis : quóniam  
si<sup>173</sup> cum adhuc peccatóres essémus  
secúndum tempus Christus pro nobis  
mórtuus est : multo ígitur magis  
justificáti nunc in sángine ejus salvi  
érimus ab ira per ipsum. Si enim cum

inimíci essémus : reconciliáti sumus  
Deo per mortem Fílii ejus : multó-  
magis reconsiliáti, salvi érimus in vita  
ipsíus. Non solum autem : sed et  
gloriámur in Deo.<sup>174</sup> Per Dóminum  
[nostrum Jesum Christum].<sup>175</sup>

**¶** [*Evangelium*]<sup>176</sup> *Secundum Marcum. ix. (37-47.)*

[115r.] **I**n illo témpore. Dixérunt discípuli  
ad Jesum, Magíster<sup>177</sup> : vídimus  
quemdam in nómine tuo ejiciéntem  
demónia : et prohibúimus eum quia  
non séquitur nos. Jesus autem ait illis,  
Nolíte prohibére eum. Nemo est enim  
qui facit<sup>178</sup> virtútem in nómine meo :  
et possit cito male loqui de me. Qui  
enim non est advérsus vos : pro vobis  
est. Quisquis enim potum déderit  
vobis cálicem aque frígide<sup>179</sup> in nómine  
meo, quia Christi estis : amen dico  
vobis non perdet mercédem suam. Et

quicúnque scandalizáverit unum ex his  
pusíllis credéntibus in me : bonum est  
ei magis, si circumdarétur mola asi-  
nária collo ejus : et in mare mitterétur.  
Et si scandalizáverit te manus tua :  
abscíde illam. Bonum est tibi débilem  
intráre in regnum Dei : quam duas  
manus habéntem, ire in gehénnam in  
ignem inextinguíbilem : ubi vermis  
eórum non móritur et ignis non  
extínguitur. Et si pes tuus scandalizat  
te : ámputa illum. Bonum est tibi  
claudum introíre in vitam etérnam :

quam duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum non moritur : et ignis non extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te : erue eum. Bonum est

tibi luscum introire in regnum Dei : quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Ubi vermis eorum non moritur : et ignis non extinguitur.

¶ *Dominica ix. [post Trinitatem.]*<sup>180</sup>

GS:150; 1508:153v; 1513:115r.<sup>181</sup>

Offic.

V.



C-ce De- us \* ad-jú-vat me et Dómi-nus sus-



cép-tor est á-nime me- e, a-vérte ma- la i-ni-mí-



cis me- is : in ve-ri-tá-te tu- a dispérde il-los pro-



téc-tor me- us Dómi- ne. *Ps.* De-us in nómi-ne



tu-o salvum me fac : et in virtú-te tu- a lí-be-ra me.

181-01.

181-02.

*Oratio.*

**L**Argire nobis quésumus Dómine  
semper spíritum cogitánda que  
recta sunt propícuis et agénda : ut qui

sine te esse non póssumus : secúndum  
te vívere valeámus. Per Dóminum  
nostrum.

¶ [*Epistola*]<sup>182</sup> *Ad Corinthios. I. x. (6-13.)*

**F**Ratres. Non simus concupis-  
céntes malórum sicut et illi  
concupiérunt. Neque idólatre<sup>183</sup>  
efficiámini sicut quidam ex ipsis :  
quemádmódu scriptum est, Sedit


pópulus manducáre et bíbere : et  
surrexérunt lúdere. Neque fornicémur  
sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt : et  
cecidérunt una die vigínti tria mília.  
Neque temptémus Christum, sicut

quidam eorum temptaverunt et a serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis sicut quidam eorum murmuraverunt : et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia in figura contingebant illis. Scripta autem sunt hec<sup>184</sup> ad correptionem nostram : in quos fines seculorum

devenerunt. Itaque qui se existimat stare : videat ne cadat. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem Deus est : qui non patietur vos temptari supra id quod potestis : sed faciet cum temptatione etiam proventum : ut possitis sustinere.

GS:150; 1508:154r; 1513:115r.<sup>185</sup>

181-03. Grad. V.



O-mi-ne \* Dó- mi-nus noster : quam admi-


rá-bi- le est nomen tu- um in u-ni-vér-sa

181-05. ter-ra. ¶ Quó-ni- am e-le-vá-ta est

magni-fi-cénti- a tu- a su-per ce-

los.

GS:150; 1508:154r; 1513:115r.<sup>186</sup>

VII.  L-le- lú-ya. \* ∕. Ex-

últa- te De- o adju-tó-ri nos-tro : ju-bi-lá-

te De- o Ja-cob : súmi- te psal- mum jo-cún-

dum cum cý-tha-ra.

¶ [Evangelium]<sup>187</sup> *Secundum Lucam. xvj. (1-9.)*

[115v.] **I**N illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat dives qui habebat villicum : et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum : et ait illi, Quid hoc audio de te ? Redde rationem villicationis tue. Jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se, Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem ? Fodere non valeo : mendicare erubesco. Scio quid faciam ut cum amotus fuero a villicatione : recipiant me in domos suas. Convocatis itaque singulis debitoribus

domini sui : dicebat primo, Quantum debes domino meo ? At ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam : et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit, Tu vero quantum debes ? Qui ait, Centum choros tritici. Ait illi, Accipe litteras tuas : et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset : quia filii hujus seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis : ut cum defeceritis : recipiant vos in eterna tabernacula.

GS:55, 151; 1508:69r, 154v; 1513:115v.<sup>188</sup>

181-11. Offert. IV.



Ustí-ci- e \* Dómi- ni rec- te le- ti- fi-  
cántes cor- da : et dolci- ó- ra su- per mel et  
fa- vum : nam et servus tu- us custó- di- et  
e- a.

*Secreta.*

**S**uscipe múnera quésumus Dó-  
mine que tibi de tua largitate  
deférimus : ut hec sacrosáncta mystéria  
grátie tue operánte virtúte : et pre-

séntis vite nos conversatióne sanc-  
tíficent : et ad gáudia sempitérna  
perdúcant. Per.

GS:151; 1508:154v; 1513:115v.<sup>189</sup>

181-14. Comm. VIII.



Ri- mum \* qué- ri- te regnum De- i : et ómni- a  
adji- ci- éntur vo- bis di- cit Dómi- nus.



*Postcommunio.*

**S** It nobis Dómine quésumus  
reparátio mentis et córporis  
celéste mystérium : ut cujus exéquimur

actiónem sentiámus auxiliúm. Per  
Dóminum.

¶ *Feria quarta.*

[*Epistola*]<sup>190</sup> *Ad Romanos. vj. (16-18.)*

**F** Ratres. Nésцитis quóniam cui  
exhibétis<sup>191</sup> vos servos ad obe-  
diéndum : servi estis ejus cui obe-  
dístis<sup>192</sup> ? Sive peccáti ad<sup>193</sup> mortem :  
sive obediónis ad justíciam ? Grátias  
autem Deo, quod fuístis servi peccáti :

obedístis autem ex<sup>194</sup> corde in eam  
formam doctríne, in qua trádití estis.  
Liberátí autem a peccáto : servi facti  
estis justície. In Christo Jesu Dómino  
nostro.<sup>195</sup>


¶ [*Evangelium*]<sup>196</sup> *Secundum Lucam. xvj. (10-15.)*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus  
discípulis suis, Qui fidélis est in  
mínimo : et in majóri fidélis est. Et qui  
in módico iníquus est : et in majóri  
iníquus est. Si ergo in iníquo mam-  
móna fidéles non fuístis, quod verum  
est quis credet vobis ? Et si in aliéno  
fidéles non fuístis, quod verum est quis  
dabit vobis ? Nemo servus potest  
duóbus dóminis servíre. Aut enim

unum ódiet, et álterum díliget : aut uni  
adherébit, et álterum contémnet. Non  
potéstis Deo servíre et mammon.  
Audiébant enim hec ómnia<sup>197</sup> phariséi  
qui erant avári : et deridébant illum.  
Et ait illis, Vos estis qui justificátis vos  
coram homínibus : Deus autem novit  
corda vestra. Quia quod homínibus  
altum est : abhominátio<sup>198</sup> est ante  
Deum.

**¶** *Dominica x. post Trinitatem.*

GS:32, 151; 1508:49r, 154v; 1513:115v.<sup>199</sup>

182-01. Offic. III.  Um cla-má-rem \* ad Dó-mi-num ex-audí- vit  
vo- cem me- am ab his qui appro-pínquant mi- chi :  
et humi- li- á- vit e- os qui est an-te sé- cu- la,  
et ma- net in e- tér- num : jac- ta co- gi- tá- tum tu- um  
in Dómi- no : et ipse te e- nútri- et.

182-02. *Ps.* Ex-áudi De- us o- ra- ti- ónem me- am : et ne de-  
spéx- e- ris depre- ca- ti- ónem me- am : inténde michi et  
ex-áudi me.

Oratio.

**A**teant aures misericordie tue  
Dómine, precibus supplicántium :  
et ut peténtibus desideráta concédas :

fac eos que tibi sunt plácita postuláre.  
Per.

[Epistola]<sup>200</sup> Ad Corinthios. I. xij. (2-II.)

[116r.]

**F**ratres. Scitis<sup>201</sup> quóniam cum  
gentes essétis : ad simulácula muta  
prout ducebámini eúntes. Ideo notum  
vobis fácio : quod nemo in Spírítu Dei  
loquens : dicit anáthema Jesu. Et  
nemo potest dícere Dóminus Jesus :  
nisi in Spírítu Sancto. Divisiónes vero  
gratiárum sunt : idem autem Spírítus.  
Et divisiónes ministratiónum sunt :  
idem autem Dóminus. Et divisiónes  
operatiónum sunt, idem vero Deus,  
qui operátur ómnia in ómnibus.

Unicuíque autem datur manifestátio  
Spírítus ad utilitátem. Alii quidem per  
Spírítum datur sermo sapiéntie : álii  
autem sermo sciéntie secúndum  
eúndem Spírítum. Alteri fides : in  
eódem Spírítu. Alii grátia sanitátum,  
in uno Spírítu. Alii operátio virtútum :  
álii prophétia : álii discrétio spírítuum :  
álii génera linguárum : álii inter-  
pretátio sermónum. Hec autem ómnia  
operátur unus atque idem Spírítus :  
dívidens síngulis prout vult.

GS:41, 151; 1508:56v, 155r; 1513:116r.<sup>202</sup>

Grad. I.

Ustó-di \* me Dó- mi- ne  
ut pu-píl- lam ó-cu- li : sub umbra  
a-lá- rum tu- á- rum pró- te-

182-03.

Dominice et ferie post Trinitatem.

182-05.

ge me. ⁊. De vul-tu  
tu-o ju-dí- ci- um me- um  
próde- at : ó-cu- li tu- i ví-  
de- ant \* equi-tá- tes.

GS:152; 1508:155r; 1513:116r.<sup>203</sup>

III.



L-le- lú- ya. \*  
⁊. Dó-mi-ne De-us sa-lú- tis me- e : in di-  
e clamá- vi et noc-te \* co- ram te.

¶ [Evangelium]<sup>204</sup> Secundum Lucam. xix. (41-47.)

**I**N illo tēpore. Cum appropin-  
quasset<sup>205</sup> Jesus Hierúsalem :  
videns civitatem flevit super illam  
dicens, Quia si cognovisses et tu. Et  
quidem in hac die tua que ad pacem  
tibi : nunc autem abscondita sunt ab  
óculis tuis. Quia ecce vénient dies in te :  
et circumdábunt te inimíci tui vallo : et  
circumdábunt te et coangustábunt te  
undíque : et ad terram prostérnent te

et filios tuos qui in te sunt. Et non  
relínquent in te lápidem super lápidem :  
eo quod non cognóveris tempus visi-  
tationis tue. Et ingrēssus in templum :  
cepit ejícere vendētes in illo et  
emētes : dicens illis, Scriptum est :  
quia domus mea domus orationis est.  
Vos autem fecistis illam spelúncam  
latrónum. Et erat docens quotidie in  
templo.

GS:2, 33, 51, 152; 1508:6r, 49v, 64v, 116r; 1513:116r.<sup>206</sup>

Offert.


II.



D te \* Dómi- ne le-vá-vi á- nimam




me- am : De- us me- us in te confi- do non e-ru- bés-



cam, neque ir- ri-dé- ant me i-nimí- ci me- i :



é-te- nim u- ni-vérsi qui te expéc-tant non confun-



dén- tur.


182-11.

*Secreta.*

**C**oncède nobis hec quésumus  
Dómine digne frequentáre mys-  
téria : quia quótiens hujus hóstie

commemorátio celebrátur : opus nos-  
tre redemptiónis exercétur. Per  
Dóminum.

GS:33, 152; 1508:50r, 155v; 1527:177v; 1513:116r.<sup>207</sup>

182-13. Comm. IV. 

C-ceptá- bis \* sacri-fí- ci- um jus- tí-ci- e  
ob-la- ti- ónes et ho-lo-cáus- ta su- per al-tá- re  
tu- um Dómi- ne.

*Postcommunio.*

**T**ui nobis Dómine commúnio  
sacraménti : et purificatióne

cónferat, et tríbuat unitátem. Per  
Dóminum.

**C** *Feria quarta.*

[*Epistola*]<sup>208</sup> *Ad Corinthios. I. xv. (39-46.)*

**F**Ratres. Non omnis caro eádem  
caro : sed ália hóminum, ália  
pécórum : ália volúcrum : ália autem  
píscium et córpora celéstia : et córpora  
terréstria. Sed ália quidem celéstium  
glória : ália autem terréstrium. Alia  
cláritas solis : ália cláritas lune : et ália  
cláritas stellárum. Stella autem a stella

differt in claritáte : sic et resurréctio  
mortuórum. Seminátur in corruptiÓne :  
surgit in incorruptiÓne. Seminátur in  
ignobilitáte : surgit in glória. Semi-  
nátur in infirmitáte : surgit in virtúte.  
Seminátur corpus animále : surgit  
corpus spiritále. Si est corpus animále :  
est et spiritále : sicut scriptum est,

Factus est primus homo Adam in animam vivéntem : novíssimus Adam in spíritum vivificántem. Sed non

prius quod spiritále est : sed quod [116v.] animále : deínde quod spiritále. In Christo Jesu Dómino nostro.<sup>209</sup>

¶ *Evangelium secundum Lucam. xxj. (34-36.)*


**I**N illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis, Atténdite vobis<sup>210</sup> : ne forte gravéntur corda vestra in crápula et ebrietáte, et curis hujus vite : et supervéniat in vos repentína dies illa. Tanquam láqueus enim supervéniet in

omnes qui sedent super fáciem omnis terre. Vigiláte itaque orántes omni témpore : ut digni habeámini fúgere ista ómnia que futúra sunt : et stare ante Fílium hóminis.

¶ *Dominica xj. [post Trinitatem.]*<sup>211</sup>


GS:152; 1508:155v; 1513:116v.<sup>212</sup>

183-01. Offic.  
V.



**E**- us \* in lo- co sancto su- o : De- us qui in-  
ha- bi- tá- re fa- cit u- ná- ni- mes in do- mo : ipse da- bit  
vir- tú- tem et forti- tú- di- nem ple- bi su- e.

183-02.



*Ps.* Exúrgat De- us et dissi- péntur i- ní- mi- ci e- jus :  
et fú- gi- ant qui odé- runt e- um a fá- ci- e e- jus.

*Oratio.*

**D**eus qui omnipoténtiam<sup>213</sup> tuam  
parcéndo máxime et miserándo  
manífestas : múltiplica super nos grá-

tiam tuam, ut ad tua promíssa  
curréntes : celéstium bonórum fácias  
esse consórtes. Per.

¶ [*Epístola*]<sup>214</sup> *Ad Corinthios. I. xv. (1-10.)*

**F**Ratres. Notum vobis fácio evan-  
gélium quod predicávi vobis quod  
et accepístis : in quo et statis : per quod  
et salvámini. Qua ratióne predicáverim  
vobis si tenétis : nisi frustra credidístis.

Trádidi enim vobis in primis quod et  
accépi : quóniam Christus Jesus mór-  
tuus est pro peccátis nostris secúndum  
scriptúras : et quia sepúltus est : et quia  
resurréxit tértia die secúndum scrip-




túras. Et quia visus est Cephe : et post hec<sup>215</sup> undecim. Deínde visus est plus quam quingéntis frátribus simul : ex quibus multi manent usque adhuc : quidam autem dormiérunt. Deínde visus est Jacóbo : deínde apóstolis ómnibus. Novíssime autem ómni-um

tanquam abortívo : visus est et michi. Ego enim sum mínimus apóstolorum : qui non sum dignus vocári apóstolus : quóniam persecútus sum ecclésiám Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum : et grátia ejus in me vácuá non fuit.

GS:60, 152; 1508:72v, 155v; 1513:116v.<sup>216</sup>

Grad.  
V.




N De- o \* spe-rá-vit cor me- um et adjú- tus  
sum : et refló-ru- it ca-ro me-a : et ex vo-  
luntá- te me- a confi-té- bor il- li.  
∞. Ad te Dó- mi-ne clamá-bo :  
De- us me- us ne sí- le-  
as, ne discé- das \* a me.

183-03.

183-05.

GS:153; 1508:156r; 1513:116v.<sup>217</sup>

VII.




L-le-lú- ya. \*

∅. Dó- mi-ne re-fú- gi- um fac- tus

es no- bis a ge-ne-ra-ti-ó-

ne \* et pro-gé- ni- e.



¶ [Evangelium]<sup>218</sup> *Secundum Lucam. xvij. (9-14.)*

**I**N illo tēpore. Dixit Jesus ad quosdam<sup>219</sup> qui in se confidēbant tanquam justī, et aspernabāntur cēteros, parābolam istam dicens, Duo hōmines ascendērunt in templum ut orārent : unus pharisēus et alter publicānus. Pharisēus autem stans : hec apud se orābat, Deus grātias ago tibi : quia non sum sicut cēteri hōminum : raptōres, injūsti, adūlteri :

velut étiam hic publicānus. Jejūno bis in sábbato : décimas do ómnium que possídeo. Et publicānus a longe stans, nolēbat nec ad celum óculos levāre : sed percutiēbat pectus suum dicens, Deus propícus esto michi peccatōri. Amen dico vobis : descendit hic justificātus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exáltat, humiliábitur : et qui se humiliat exaltábitur.


Dominice et ferie post Trinitatem.

GS:31, 153; 1508:48v, 156r; 1513:116v.<sup>220</sup>


Offert.  
II.




X-al-tá-bo \* te Dómi- ne quó-ni- am



sus- ce-pís- ti me : nec de- lec- tás- ti i-ni-



mí-cos me- os su- per me : Dó- mi- ne



cla-má-vi ad te et sa- nás- ti me.

183-12.

*Secreta.*

**T**ibi Dómine sacrificia dicáta<sup>221</sup>  
reddántur : que sic ad honórem  
nóminis tui deferénda tribuísti ut

eádem remédia fieri nostra prestáres.  
Per.

GS:153; 1508:156r; 1513:116v.<sup>222</sup>

Comm.  
VI.




Onó- ra \* Dó- mi-num de tu- a sub- stán-



ti- a : et de primí-ti- is fru- gum tu- á- rum :

183-16.

[117r.]



ut imple-án-tur hórre-a tu- a sa- tu- ri-tá- te : et  
vi-no torcu-lá-ri- a re-dun- dá- bunt.

*Postcommunio.*

<p><b>Q</b>uésumus Dómine Deus noster : ut quos divínis reparáre non</p>	<p>désinis sacraméntis : tuis non destítuas benígnus auxiliis. Per.</p>
--	---

## ¶ *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>223</sup> *Ad Corinthios. I. vj. (15-20.)*

**F**Ratres. Nescitis quóniam córpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi fácies<sup>224</sup> membra meretrícis? Absit. An nescitis quóniam qui adhéret meretríci : unum corpus efficitur? Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autem adhéret Deo : unus spíritus est. Fúgite fornicatióem. Omne enim peccátum

quodcúnque fécerit homo : extra corpus est. Qui autem fornicátur : in corpus suum peccat. An nescitis quóniam membra vestra templum est<sup>225</sup> Spíritus Sancti qui in vobis est : quem habétis a Deo : et non estis vestri.<sup>226</sup> Empti enim estis precio magno : glorificáte et portáte Deum in córpore vestro.<sup>227</sup>

¶ [*Evangelium*]<sup>228</sup> *Secundum Lucam. xvij. (1-8.)*

**I**N illo témpore. Dicébat Jesus discipulis suis parábolam hanc. Quóniam opórtet semper oráre : et non defícere dicens, Judex quidam erat in quadam civitáte : qui Deum non timébat : et hómínem non reverebátur. Vídua autem quedam erat in civitáte illa : et veniébat ad eum dicens, Vindica


me de adversário meo. Et nolébat per multum témpus. Post hec autem dixit intra se, Et si Deum non tímeo, nec hómínem revéreor : tamen quia molésta est mihi hec vídua, vindicábo illam : ne in novíssimo véniens sugíllet me. Ait autem Dóminus, Audíte quid judex iniquitátis dixit, Deus autem

non fáciat vindíctam electórum su-  
órum clamántium ad se die ac nocte :  
et paciéntiam habébit in illis ? Dico

autem<sup>229</sup> vobis : quia cito fáciat  
vindíctam illórum.

¶ *Dominica xij. [post Trinitatem.]*<sup>230</sup>

GS:51, 154; 1508:65r, 156v; 1513:117r.<sup>231</sup>

184-01.  
Offic.  
VIII.  




E- us \* in adju-tó-ri-um me- um in- tén-de :



Dómi-ne ad ad-ju-ván-dum me fes- tí-na, confundán-tur




et re-ve-re-án- tur i-nimí-ci me- i qui que-runt á-ni-

184-02.




mam me- am. *Ps.* Avertántur retrórsu[m] et e-ru-béscant :




qui vo-lunt michi ma-la.

*Oratio.*

 Mnípotens sempitérne Deus qui abundánda pietátis tue et mérita súpplícum excédis et vota : effúnde super nos misericórdiam tuam : ut

dimíttas que consciéncia métuit : et adjícias quod orátio non presúmit. Per.

¶ [*Epistola*]<sup>232</sup> *Ad Corinthios. II. iij. (4-9.)*

 Ratres. Fidúciam talem habémus per Christum ad Deum : non quod sufficéntes simus cogitáre áliquid a nobis quasi ex nobis : sed

sufficéntia nostra ex Deo est. Qui et idóneos nos fecit minístros novi testaménti : non líttera sed Spíritus. Líttera enim occídít : Spíritus autem

Dominice et ferie post Trinitatem.

vivificat. Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus fuit in gloria : ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Móysi propter gloriam vultus ejus que evacuatur :

quómodo non magis ministratio Spíritus erit in glória ? Nam si ministratio damnationis in<sup>233</sup> glória est : multómagis abundat ministérium justicie in glória.

GS:154; 1508:156v; 1513:117r.<sup>234</sup>


Grad.

I.



Ene-dí- cam \* Dó-mi- num


184-04.



in omni témpo- re : semper



laus e- jus in o- re me-




o.  $\text{N}$ . In Dó-mi- no

184-06.




lau-dá-bi-tur á- ni- ma me- a :



áudi- ant mansu-é- ti

Dominice et ferie post Trinitatem.



et le-téntur.

GS:154; 1508:157r; 1513:117r.<sup>235</sup>


VII.




L-le-lú-ya.

\*



℣. Ve-ní-




te ex-ulté-mus Dó-mi-no : ju-bi-lé- mus De-




o sa-lu-tá-ri \* nos- tro.



*Alius* ℣. Pre-oc-cu-pé-mus fá-ci-em e- jus in con-




fessi- ó-ne : et in psal- mis ju-



bi-lé- mus \* e- i.





*Isti duo V̇. dicuntur per ebdomadam alternis vicibus quando de feria agitur<sup>236</sup> : ita tamen [117v.] quod versus Preoccupémus. prius<sup>237</sup> dicitur : quando missa dominicalis per ebdomadam dicitur.<sup>238</sup> Et si nulla feria per hanc ebdomadam ad hoc vacaverit : tunc ultimus V̇. eo anno omnino pretermittatur.*

¶ [Evangelium]<sup>239</sup> Secundum Marcum. vij. (31-37.)

**I**N illo témpore. Exiens Jesus de finibus Tyri : venit per Sydonem ad mare Galilée : inter médios fines Decapoléos. Et addúcunt ei surdum et mutum : et deprecabántur eum, ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum : misit dígitos suos in aurículas ejus : et expúens tétigit linguam ejus. Et suspíciens in celum, ingémuit : et ait illi, Efféta :


quod est adaperíre. Et statim apérte sunt aures ejus : et solútum est vín-culum lingue ejus : et loquebátur recte. Et precépit illis, ne cui dícerent. Quanto autem eis precipiébat : tanto magis plus predicábant : et eo ámplius admirabántur dicétes, Bene ómnia fecit : et surdos fecit audíre : et mutos loqui.

GS:52, 155; 1508:65v, 157r; 1513:117v.<sup>240</sup>

Offert.  
VII.



Re-cá- tus est \* Mó-y-ses in conspéctu



Dó- mi- ni De- i su- i, et dix- it : pre-



cá- tus est Mó-y-ses in conspéctu Dó- mi-

184-11.

Dominice et ferie post Trinitatem.

ni De-i su- i, et dix- it : Qua- re Dómi- ne  
i-rás- ce-ris in pó- pu-lo tu- o, par- ce  
i-re á- nime tu- e : memén-to Abra-ham,  
I-sa- ac, et Ja-cob : qui-bus ju-rásti da-re terram  
flu-éntem lac et mel : et pla-cá-tus fac-tus est  
Dó-mi- nus de ma-ligni-tá-te quam dix- it fá- ce-  
re pó-pu-lo su- o.

*Secreta.*

**R** Espice quésumus Dómine nos-  
tram propícuis servitútem : ut  
quod offérimus sit tibi munus

accéptum : sitque nostre fragilitáti  
subsídium. Per.

GS:155; 1508:157v; 1513:117v.<sup>241</sup>

Comm.  
VI.



E fructu \* ópe-rum tu-ó-rum Dómi-ne sa-ti-  
 á-bi-tur ter-ra: ut e-dú-cas pa-nem de terra et  
 vi-num le-tí-fi-cet cor hó-mi-nis ut exhí-la-ret  
 fá-ci-em in ó-le-o et pa-nis cor hó-mi-nis  
 confirmet.

184-14.

*Postcommunio.*

**S**Entiámus Dómine quésumus tui  
 perceptióne sacraménti subsí-  
 dium mentis et córporis : ut in utróque

salváti, celéstis remédii plenitúdine  
 gloriémur. Per.

**¶** *Feria iiij.*

[*Epístola*]<sup>242</sup> *Ad Corinthios. II. iiij. (5-10.)*

**F**Rratres. Non nosmetípsos pre-  
 dicámus : sed Dóminum nostrum  
 Jesum Christum. Nos autem servos  
 vestros per Jesum. Quóniam Deus qui  
 dixit de ténebris lucem splendéscere :

illúxit in córdibus nostris ad illu-  
 minatióne[m] sciéntis claritátis Dei : in  
 fáciem<sup>243</sup> Christi Jesu. Habémus  
 autem thesáurum istum in vasis fic-  
 tílibus : ut sublímitas sit virtútis Dei :

et non ex nobis. In ómnibus tribulationem pátimur : sed non angustiamur. Aporiamur : sed non destituimur. Persecutionem patimur sed non derelinquimur : humiliámur,<sup>244</sup>

sed non confundimur.<sup>245</sup> Dejicimur : sed non perimus. Semper mortificationem Jesu Christi<sup>246</sup> in corpore nostro circumferentes : ut et vita Jesu in corporibus nostris manifestetur.<sup>247</sup>

¶ [Evangelium]<sup>248</sup> *Secundum Mattheum. xj. (20-24.)*


**I**N illo tempore. Cepit Jesus exprobrare civitatibus in quibus facte sunt plúrame virtútes ejus : quia non egissent penitentiam. Ve tibi Corósaim : ve tibi Bethsáida. Quia si in Tyro et Sydóne facta essent virtútes que facte sunt in vobis : olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Verúntamen dico vobis : Tyro et Sydóni

remissius erit in die judicii quam vobis. Et tu Caphárnaum : numquid usque in celum exaltaberis ? Usque in inférnum [118r.] descendes. Quia si in Sodómis facte fuissent virtútes que facte sunt in te : forte mansissent usque in hunc diem. Verúntamen dico vobis : quia terre Sodomórum remissius erit in die judicii quam tibi.

☩ *Dominica xiiij. [post Trinitatem.]*<sup>249</sup>

GS:155; 1508:158r; 1513:118r.<sup>250</sup>

Offic.  
VII.




185-01.


Espi-ce \* Dó- mi-ne in tes-ta-mén- tum tu- um :



et á- nimas páu-pe- rum tu- ó- rum ne de- re- lín- quas in



fi- nem ex- úr- ge Dó- mi- ne et jú- di- ca cau- sam



tu- am et ne obli- viscá- ris vo- ces que- rén- ti-



um te. *Ps.* Ut quid De- us re- pu- lís- ti in fi- nem : i-

185-02.



rá- tus est fu- ror tu- us su- per o- ves pás- cu- e tu- e.

*Oratio.*



Mnípotens et miséricors Deus  
de cujus múnere venit ut tibi a  
fidélibus tuis digne et laudábiliter

serviátur : tríbue nobis quésumus : ut  
ad promissiónes tuas sine offénsione  
currámus. Per.

¶ [Epistola]<sup>251</sup> *Ad Galathas. iij. (16-22.)*

**F**Ratres, Abrahe dicte sunt promissiones : et semini ejus. Non dicit et seminibus quasi in multis : sed quasi in uno : et semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a Deo : que post quadringentos et triginta annos facta est lex non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege esset hereditas jam non ex repromissione.<sup>252</sup> Abrahe autem per repromissionem donavit Deus. Qui igitur lex ? Propter

transgressores<sup>253</sup> posita est : donec veniret semen : cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei ? Absit. Si enim data esset lex que posset vivificare : vere ex lege esset justitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato : ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.


GS:68, 156; 1508:78r, 158r; 1513:118r.<sup>254</sup>

185-03. Grad.  
V.

Es-pi-ce \* Dómi-ne in testamén-tum tu-um : et á-ni-mas páupe-rum tu-ó-rum ne obli-viscá-ris in fi-nem.

185-05. Exúrge Dómi-ne et

Dominice et ferie post Trinitatem.




jú- di-ca cau- sam tu-  
 am : memor es- to oppróbri- i servó- rum  
 \* tu-ó- rum.

GS:156; 1508:158v; 1513:118r.<sup>255</sup>

VII.



L-le-lu- ya. \*



✠. Quó-ni- am De- us mag- nus Dó-  
 mi- nus : et Rex mag- nus su-per om-  
 nem \* ter-ram.

¶ [Evangelium]<sup>256</sup> *Secundum Lucam. x. (23-37.)*


<p><b>I</b>N illo témpore. Dixit Jesus dis-          cípulis suis, Beáti óculi qui vident</p>	<p>que vos vidétis. Dico enim vobis :          quod multi prophéte et reges volu-</p>
---	---

érunt vidére que vos vidétis, et non vidérunt : et audíre que audítis et non audíerunt. Et ecce quidam legispéritus surréxit tentans illum et dicens, Magíster : quid faciéndó vitam etérnam possidébo ? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est ? Quómodo legis ? Ille autem<sup>257</sup> respóndens dixit, Dílignes Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo : et ex tota ánima tua : et ex ómnibus víribus tuis : et ex omni mente tua : et próximum tuum sicut teípsum. Dixítque illi, Recte respóndísti. Hoc fac et vives. Ille autem volens justificáre seípsum : dixit ad Jesum, Et quis est meus próximus ? Suspíciens autem Jesus dixit, Homo quidam descendébat ab Hierúsalem in Hiéricho : et incidit in latrónes. Qui étiam despoliavérunt eum : et plagis impósitis abiérunt semivívo relicto.

Accidit autem ut sacérdos quidam descénderet eádem via : et viso illo pretériit.<sup>258</sup> Simíliter et Lévíta cum esset secus locum et víderet eum : pertránsiit. Samaritánus autem quidam iter fáciens venit secus eum : et videns eum, misericórdia motus est. Et apprópians alligávit vúlnera ejus : infúdens óleum et vinum : et impónens illum in juméntum suum, duxit in stábulum : et curam ejus egit. Et áltera die prótulit duos denários : et [118v.] dedit stabulário et ait, Curam illíus habe : et quodcúmque superrogáveris : ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium vidétur tibi próximus fúisse illi qui incidit in latrónes ? At ille dixit, Qui fecit misericórdiam in illum. Et ait illi Jesus, Vade : et tu fac simíliter.

GS:38, 156; 1508:54v, 158v; 1513:118v.<sup>259</sup>

185-10. Offert.  
II.



N te \* spe-rá- vi Dómi- ne : dix-i tu  
es De- us me- us : in má- ni-bus tu- is tém-  
po-ra me- a.



*Secreta.*

**H**ostias quésumus Dómine propicius inténde quas sacris altáribus exhibémus : ut nobis indul-

géntiam largiéndo tuo nómini dent honórem. Per.


GS:156; 1508:158v; 1513:118v.<sup>260</sup>

Comm.

V.



A-nem de ce- lo \* de-dís- ti no-bis Dó-mi-



185-13.

ne : ha-béntem omne de- lec- ta- mén- tum et omnem



sa- pó- rem su- a- vi- tá- tis.

*Postcommunio.*

**D**ivíficet nos quésumus Dómine hujus participatio sancta mystérii :

et páriter nobis expiatióem tríbuat et múnimen. Per.

**¶** *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>261</sup> *Ad Thessalonicenses. I. ij. (9-13.)*

**F**ratres. Mémoires estóte<sup>262</sup> laborum nostrorum et fatigatiónum<sup>263</sup> nocte ac die operántes : ne quem vestrum gravarémus. Predicávimus enim in vobis evangélium Dei. Vos enim testes estis et Deus : quam sancte et juste<sup>264</sup> et sine queréla : vobis qui credidístis affúimus<sup>265</sup> sicut scitis : quáliter unumquémque vestrum tan-

quam pater filios suos deprecántes vos et consolántes testificáti sumus ut ambularétis digne Deo qui vocávit vos in regnum suum<sup>266</sup> et glóriam. Ideo et nos grátias ágimus Deo sine intermissióne : quóniam cum accepissétis a nobis verbum audítus Dei : accepístis illud non ut verbum hóminum sed sicut est vere verbum Dei : qui

operátur in vobis : qui credidístis.<sup>267</sup>

[*Evangelium*]<sup>268</sup> *Secundum Mattheum. xij. (14-21.)*

**I**N illo témpore. Abeúntes<sup>269</sup> pharisséi consílium faciébant advérsus Jesum : quómo do eum pérderent. Jesus autem sciens : recéssit inde. Et secúti sunt eum multi : et curávit eos omnes : et precépit eis ne maniféstum eum fácerent : ut adimplerétur quod dictum est per Isáyam prophétam dicéntem, Ecce puer meus quem elégi : diléctus meus in quo bene

complácuít ánime me. Ponam spíritum meum super eum : et júdicium géntibus nunciábit. Non conténdet neque clamábit : neque áudiet áliquis in platéis vocem ejus. Arúndinem quassátam non confrínget : et lignum<sup>270</sup> fúmigans non extínguet : donec ejíciat ad victóriam júdicium : et in nómine ejus gentes sperábunt.


¶ *Dominica xiiij. [post Trinitatem.]*<sup>271</sup>

GS:157; 1508:159r; 1513:118v.<sup>272</sup>

Offic.  
IV.




Ro-téc- tor nos-ter \* ás-pi-ce De- us et rés-



186-01.

pi-ce in fá- ci-em Chris-ti tu- i : qui- a mé- li-



or est di-es u- na in á-tri- is tu- is su-per




mí- li- a. *Ps.* Quam di-lécta ta-berná-cu-la tu-a

186-02.



Dómi-ne virtú-tum : concu-píscit et dé-fi-cit á-nima



me-a in á-tri- a Dómi-ni.

*Oratio.*



Mnípotens sempitérne Deus : da  
nobis fidei spei et caritátis  
augméntum : et ut mereámur asséqui

quod promíttis : fac nos amáre quod  
précipis. Per.


[Epistola]<sup>273</sup> *Ad Galathas. v. (16-24.)*

**F**Ratres. Spíritu ambuláte et desidéria carnis non perficiétis. Caro enim concupiscit advérsus spíritum : spíritus autem advérsus carnem. Hec enim sibi ínvicem aversántur : ut non quecúnque vultis illa faciátis. Quod si spíritu ducímmini : non estis sub lege. Manifésta autem sunt ópera carnis : que sunt fornicátio, immundícia, avarícia, impudicítia, luxúria, idolórum sérvitus, veneficia, inimicítie, contentiónes, emulatiónes, ire, rixe,


dissentiónes, secte, invidie, homicidia, ebrietátes, comessatiónes : et his simília. Que predíco vobis sicut predíxi : quóniam qui tália agunt : regnum Dei [non]<sup>274</sup> consequéntur. Fructus autem Spíritus est : caritas, gáudium, pax, paciéntia, longanimitas, bónitas, benignitas, mansuetúdo, fides, modestia, continéntia, cástitas. Advérsus hujuscémodi non est lex. Qui autem sunt Christi : carnem suam crucifixerunt, cum vítiis et concupiscéntiis. [119r.]

GS:53, 158; 1508:67v, 159r; 1513:119r.<sup>275</sup>


186-03. Grad. V.

[187-04.]  O-num est \* confi-té- ri Dó-mi-no :


et psál-le-re nó- mi-ni tu- o al-tís-

[187-05.] si-me.  Ad annunci-án-dum ma-


ne mi-se-ri-cór- di-



Dominice et ferie post Trinitatem.





am tu- am : et ve-ri-tá-tem tu-




am \* per noc- tem.

GS:157; 1508:159r; 1527:177r; 1513:119r.<sup>276</sup>


II.


L-le-lú- ya. \*  $\text{N}$ . Confi- témi-



ni Dó- mi-no et invo-cá- te nomen



e- jus : annunci- á- te inter gen-



tes \* ó-pe-ra e- jus.

¶ [Evangelium]<sup>277</sup> *Secundum Lucam. xvij. (II-19.)*

**I**N illo témpore. Cum iret Jesus in Jerúsalem : transíbat per médiam Samáriam et Galiléam. Et cum ingrederétur quoddam castéllum : occurrerunt ei decem viri leprósi. Qui steterunt a longe : et levaverunt vocem

dicétes, Jesu precéptor : miserére nostri. Quos ut vidit, dixit, Ite : osténdite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent : mundáti sunt. Unus autem ex illis ut vidit quia mundátus est : regréssus est cum magna voce

Dominice et ferie post Trinitatem.

magnificans Deum. Et cecidit in  
faciem ante pedes ejus : gratias agens.  
Et hic erat Samaritanus. Respondens  
autem Jesus, dixit, Nonne decem  
mundati sunt : et novem ubi sunt ?

Non est inventus qui rediret et daret  
gloriam Deo : nisi hic alienigena. Et  
ait illi, Surge et<sup>278</sup> vade : quia fides tua  
te salvum fecit.

GS:41, 157; 1508:57r, 159v; 1513:119r.<sup>279</sup>

186-09. Offert.  
VIII.



Mmít- tit \* án-ge-lus Dó- mi- ni in cir-  
cú- i-tu timén- ti- um e- um, et e- rí- pi- et  
e- os : gustá- te et vi- dé- te, quó-  
ni- am su- á- vis est Dó- mi- nus.

*Secreta.*

**P**ropiciare Dómine pópulo tuo  
propiciare munéribus : ut hac  
oblatióne placátus et indulgéntiam


nobis tríbuas, et postuláta concédas.  
Per.

GS:41, 158; 1508:57r, 159v; 1513:119r.<sup>280</sup>

186-13. Comm.  
I.



A- nis \* quem e- go dé- de- ro : ca- ro me-



*Postcommunio.*

**S** Umptis Dómine celéstibus sacraméntis<sup>281</sup> : ad redemptionis

etérne quésumus proficiámus augmentum. Per.

**¶** *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>282</sup> *Ad Corinthios. II. vj. (14-vij. 1.)*

**F**ratres. Nolíte jugum dúcere cum infidélibus : sed cum fidélibus. Que enim participátio justicie cum iniquitate : aut que societas luci ad ténebras ? Que autem convéntio Christi ad Bélial ? Aut que pars fidéli cum infidéli ? Quis autem consénsus templo Dei cum idólis ? Vos autem estis templum Dei vivi : sicut dicit Deus, Quóniam inhabitábo in illis : et inambulábo inter eos<sup>283</sup> : et ero illórum Deus et ipsi erunt michi

dari Cesári, an non ? Cogníta autem Jesus nequítia eórum : ait, Quid me temptátis hypócrita ? Osténdite michi numísma census. At illi obtulérunt ei denárium. Et ait illis Jesus, Cujus est imágo hec, et superscriptio ? Dicunt ei, Cesáris. Tunc ait illis Jesus, Réddite ergo que sunt Cesáris Cesári : et que sunt Dei Deo.

GS:167, pl. f; 1508:167v; 1513:125v.<sup>422</sup>

198-13. Offert. II.

E pro-fún- dis \* clamá- vi ad te Dómi- ne :



Dó- mi-ne ex- áu- di o- ra- ti- ó- nem me- am.


*Secreta.*

**S** Acris nos Dómine quésumus  
servítiis fac inténtos : et ut sine  
ulla tibi offensiónis mácula famulémur :

quales esse précipis : ipse nos per-  
ficere.<sup>423</sup> Per.

GS:167, pl. f; 1508:168r; 1513:125v.<sup>424</sup>


Comm.  
I.



198-18.



- men di-co vo- bis, quicquid o-rántes pé- ti-tis :



cré- di-te qui- a acci-pi- é- tis et fi- et vo- bis.

*Postcommunio.*

**S** Umptimus Dómine sacri dona  
mystérii humíliter deprecántes :  
ut que in tui commemoratióne nos

fácere precepísti : in nostra proficiant  
infirmítatis auxiliúm. Per Dóminum  
nostrum.

**¶** *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>425</sup> *Ad Romanos. v. (17-21.)*

**F** Ratres. Si enim<sup>426</sup> unius delícto  
mors regnávít per unum : mul-  
tómagis abundántiam grátie et do-  
natiónis et justicie : accipiéntes in vita

regnábunt per unum Jesum Christum.  
Igitur sicut per unius delíctum in  
omnes hómínes in condemnatióne  
mortis<sup>427</sup> : sic [et]<sup>428</sup> per unius jus-

tíciam in omnes hómines in justificaciónem vite. Sicut enim per inobediéntiam uníus hóminis peccatóres constitúti sunt multi : ita et per uníus obediéntiam <sup>429</sup> justí constituúntur multi. Lex enim subintrávit : ut

abundáret delíctum. Ubi autem abundávit delíctum : superabundávit et grátia : ut sicut regnávit peccátum in mortem : ita et grátia regnet per justíciam in vitam etérnam. Per Jesum Christum : Dóminum nostrum.

¶ [Evangelium]<sup>430</sup> *Secundum Mattheum. xvij. (23-26.)*

**I**N illo témpore. Cum venisset Jesus et discípuli ejus <sup>431</sup> Caphárnaum : accessérunt qui didrágma accipiébant ad Petrum, et dixerunt ei, Magíster vester non solvit didrágma ? Ait, Etiam. Et cum intrásset domum : prevenit eum Jesus dicens, Quid tibi vidétur Symon ? Reges terre a quibus accípiunt tríbutum vel censum : a filiis

suis, an ab aliénis ? Et ille dixit, Ab aliénis.<sup>432</sup> Dixit illi Jesus, Ergo líberi sunt filii. Ut autem non scandalizémus eos : vade ad mare, et mitte hamum : et eum piscem qui primus ascénderit, tolle : et apérto ore ejus : invénies státerem. Illum sumens da eis : pro me et te.

## ¶ *Dominica xxiiij. post Trinitatem.*

*Ad missam. Officium.*



Q uia Dóminus, Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis : invocábitis me, et ego exáudiam vos et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. *Ps.* Benedixisti Dómine terram tuam : avertísti captivitátem Jacob. [*ut supra.*]<sup>433</sup>

1078.

*Oratio.*

A bsólve quésumus Dómine tuórum delicta populórum : et a peccatórum nostrórum néxibus que

pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

¶ [*Epistola*]<sup>434</sup> *Ad Colossenses. j. (9-11.)*

F ratres. Non cessámus pro vobis orántes et postulántes, ut impleámini agnitíone voluntátis Dei, in omni sapiéntia et intelléctu spirituáli : ut ambulétis digni<sup>435</sup> Deo per ómnia placéntes. In omni ópere bono fructi-

ficántes : et crescéntes in sciéntia Dei. [*126r.*] In omni virtúte confortáti secúndum poténtiam claritátis ejus. In omni paciéntia : et longanimitáte cum gáudio. In Christo Jesu Dómino nostro.<sup>436</sup>

*Gradale.* Liberásti nos Dómine ex affligéntibus nos : et eos qui nos odérunt confundísti. *V.* In Deo laudábimur tota die : et nómini tuo confitébimur in sécula. [*ut supra in dominica precedente.*]<sup>437</sup> 1079.

GS:167, pl f; 1508:168r; 1513:126r.<sup>438</sup>

I.

L-le- lú- ya. \*

*V.* Dómi- ne De- us me- us in te spe-

Dominice et ferie post Trinitatem.

ra- vi : sal- vum me fac : ex ómni- bus  
per- sequén-ti- bus me et lí-be-ra \* me.

¶ [Evangelium]<sup>439</sup> *Secundum Mattheum. ix. (18-22.)*

**I**N illo témpore. Loquente Jesu ad turbas : ecce princeps unus accés- sit, et adorávit eum dicens, Dómine : filia mea modo defúncta est : sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Jesus, sequebátur eum : et discipuli ejus. Et ecce múlier, que sánguinis fluxum patiebátur duó-

decim annis : accésit retro, et tétigit fimbriam vestiménti ejus. Dicébat enim intra se, Si tetígero tantum vestiméntum ejus : salva ero. At Jesus convérsus, et videns eam, dixit, Con- fide filia : fides tua te salvam fecit. Et salva facta<sup>440</sup> est múlier : ex illa hora.

*Offertorium.* De profúndis clamávi ad te Domine : Dómine exáudi oratiónem<sup>441</sup> meam. 1080.

*Secreta.*

**P**uríficet nos Dómine quésumus múneris preséntis oblátio : et

dignos sacra participatióne perficiat. Per.

*Communion.* Amen dico vobis, quicquid orántes pétitis : créдите quia accipiétis, et fiet vobis. [ut supra in officio precedente.]<sup>442</sup> 1081.

*Postcommunio.*

**S**uméntes Dómine dona celéstia  
quésumus : ut non nobis pro-  
veníre<sup>443</sup> ad iudícium patiáris quod

fidélibus tuis ad remédium providísti.  
Per Dóminum.

**¶** *Feria iiij.*

[*Epistola*]<sup>444</sup> *Ad Corinthios. I. x. (20-31.)*

**F**Ratres. Nolo fieri vos sócios<sup>445</sup>  
demoniórurum.<sup>446</sup> Non potéstis  
cálicem Dómini bíbere : et cálicem  
demoniórurum. Non potéstis mense  
Dómini partícipes esse : et mense  
demoniórurum. An emulámur Dómi-  
num ? Numquid fortióres illo sumus ?  
Omnia michi licent : sed non ómnia  
edíficant. Omnia michi licent : sed  
non ómnia edíficant. Nemo quod  
suum est querat : sed quod altérius.  
Omne quod in macélllo venit, man-  
ducáte : nichil interrogánte propter  
consciéntiam. Dómini est terra, et  
plenitúdo ejus. Si quis vocat vos infi-

délium ad cenam, et vultis ire : omne  
quod vobis appónitur, manducáte :  
nichil interrogánte propter consci-  
éntiam. Si quis autem díxerit, Hoc  
immolátum<sup>447</sup> est idólis<sup>448</sup> : nolíte  
manducáre propter illum qui  
indicávit<sup>449</sup> et propter consciéntiam.  
Consciéntiam autem dico : non tuam,  
sed altérius. Ut quid enim líbertas mea  
judicátur ab aliéna consciéntia ? Si  
enim ego cum grátia partícipo : quid  
blasphémor, pro eo quod grátias ago ?  
Sive ergo manducátis sive bíbitis : vel  
áliud quid fácitis : ómnia in glóriam  
Dei fácite.

**¶** [*Evangelium*]<sup>450</sup> *Secundum Mattheum. xxj. (28-32.)*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus turbis  
Judeórum, Homo quidam habébat  
duos filios : et accédens ad primum  
dixit, Fili, vade hódie operáre in  
víneam meam. Ille autem respóndens  
ait, Nolo. Póstea autem peniténtia  
motus, ábiit. Accédens autem ad  
álterum : dixit simíliter. At ille  
respóndens : ait, Eo dómine : et non

ivit. Quis ex duóbus fecit voluntátem  
patris ? Dicunt ei,<sup>451</sup> Primus. Dicit  
illis Jesus, Amen dico vobis : quia  
publicáni et meretríce precéde vobis  
in regno Dei. Venit enim ad vos [126v.]  
Johánnes in via justície : et non  
credidístis ei. Publicáni autem et  
meretríce credidérunt ei. Vos autem  
vidénte : nec peniténtiam habuístis

póstea, ut credéretis ei. Qui habet | aures audiéendi, áudiat.<sup>452</sup>



## ¶ *Dominica proxima ante adventum.*

*Ad missam. Officium.*



Icitur Dóminus, Ego cógito cogitatiónes pacis et non afflictiónis : invocábitis me, et ego exáudiam vos : et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. *Ps.* Benedixisti Dómine terram tuam : avertísti captivitátem Jacob. Glória Patri. [*ut supra*].<sup>453</sup> 1078.

*Oratio.*

Excita<sup>454</sup> quésumus Dómine tuórum fidélium voluntátes : ut divíni óperis fructum propénsius

exequentes : pietátis tue remédia majóra percípiant. Per Dóminum nostrum.

¶ [*Epistola*]<sup>455</sup> *Lectio Hieremie prophete. xxij. (5-8.)*


Ecce dies véniunt dicit Dóminus : et suscitábo David germen justum, et regnábit rex, et sápiens erit : et fáciat judícium et justíciam in terra. In diébus illis salvábitur Juda : et Israel habitábit confidénter. Et hoc est nomen quod vocábunt eum, Dóminus justus noster. Propter hoc ecce dies

véniunt dicit Dóminus : et non dicent ultra : Vivit Dóminus qui edúxit filios Israel de terra Egýpti : sed vivit Dóminus qui edúxit et addúxit semen domus Israel de terra aquilónis, et de cunctis terris ad quas ejéceram eos illuc. Et habitábunt in terra sua : dicit Dóminus omnípotens.

*Gradale.* Liberásti nos Dómine ex affligéntibus nos : et eos qui nos odérunt confundísti. *V.* In Deo laudábimur tota die : et nómini<sup>456</sup> tuo confitébimur in sécula. [*ut supra in dominica precedente.*]<sup>457</sup> 1079.


GS:167; 1508:168r; 1513:126v.<sup>458</sup>

I.



L- le- lú- ya. \*

Dominice et ferie post Trinitatem.





∅. Ti- mé- bunt gen- tes no- men  
tu- um Dó-mi- ne : et om-nes re- ges  
ter- re gló- ri- am\* tu- am.

*Per ebdomadam quando de feria agitur, dicitur istud.*


Rylands-24:280; 1513:126v.<sup>459</sup>

VII.



 L-le-lú- ya. \* ∅. In  
éx- i-tu Is- ra- el de Egýp- to : do- mus  
[ex]  
Ja- cob de pó- pu- lo \* bár- ba- ro.


Dominice et ferie post Trinitatem.



vel

Rylands-24:280; 1513:126v.<sup>460</sup>


II.




L-le-lú- ya. \*  $\mathcal{V}$ . Confi- té- bor



ti-bi Dómi-ne in to-to cor- de me- o



et in conspéc-tu an-ge-ló- rum psal- lam \* co-



ram te.

461

¶ [Evangelium]<sup>462</sup> Secundum Johannem. vj. (5-14.)

**I**N illo témpore. Cum sublevásset óculos Jesus, et vidísset quia multitúdo máxima venit ad eum : dicit ad Philíppum, Unde emémus panes : ut mandúcent hi ? Hoc autem dicébat : temptans eum, Ipse enim sciébat, quid esset factúrus. Respóndit ei Philíppus, Ducentórum denariórum panes non suffíciunt eis : ut unusqúisque módicum quid accípiat. Dicit ei unus ex discípulis ejus : Andréas frater Symónis

Petri, Est puer unus hic : qui habet quinque panes ordeáceos, et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos ? Dixit ergo Jesus, Fácite hómines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuérunt ergo viri : número quasi quinque mília. Accépit ergo Jesus panes : et cum grátias egíisset : distribuit discumbéntibus. Simíliter et ex píscibus quantum volébant. Ut autem impléti

sunt : dixit discipulis suis, Colligite que superaverunt fragmenta ne pereant. Collegérunt ergo et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus ordeaceis et duobus piscibus,<sup>463</sup> que superfuérunt

his qui manducaverant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant, Quia hic est vere propheta : qui venturus est in mundum.

*Offertorium.* De profundis clamavi ad te Domine : Domine exaudi orationem<sup>464</sup> meam. 1080.

*Secreta.*

[127r.]

**S**acrificium tibi Domine celebrandum placatus intende : quod et nos a vitiis nostre conditionis

emundet : et tuo nomini reddat acceptos. Per Dominum.

*Communio.* Amen dico vobis : quicquid orantes petitis : credite quia accipietis et fiet vobis. [ut supra.]<sup>465</sup> 1081.

*Postcommunio.*

**A**nime nostre quesumus omnipotens Deus divino munere satiatae hoc pascantur desiderio : ut a tue Spiritu inflammati,<sup>466</sup> ante

conspetum venientis Christi Filii tui velut clara lumina fulgeamus. Per eundem. In unitate ejusdem.

**¶** *Cum prolixum fuerit tempus inter<sup>467</sup> inceptionem hystorie Deus omnium. et adventum Domini officium Dicit Dominus. per tres dominicas cantetur, ut supra notatum est. Cum vero breve fuerit tempus, semper proxima dominica ante adventum [Domini si vacaverit]<sup>468</sup> quando de dominica agitur<sup>469</sup> cantetur [officium]<sup>470</sup> Dicit Dominus. cum oratione Excita quesumus Domine. Epistola Ecce dies veniunt. [et]<sup>471</sup> Evangelium Cum sublevasset. Si vero dominica non vacaverit : tunc in feriis<sup>472</sup> primo loco per ebdomadam<sup>473</sup> cantetur. Cetera vero dominice que remanserint in ferialibus diebus<sup>474</sup> cantentur.*

¶ *Feria iiij. quattuor temporum*  
[in]<sup>475</sup> *mensis Septembris.*

*Ad missam.*

GS:168; 1508:168v; 1513:127r.<sup>476</sup>

Offic.  
VI.



X-ul-tá- te \* De-o ad-ju-tó- ri nostro : ju-bi-lá-




te De- o Ja- cob : sú-mi-te psal-mum jo- cúndum cum




cý-tha- ra : cá- ni-te i-ní-ti- um mensis tu- ba : qui- a pre-



céptum in Isra- el est : et ju-dí- ci- um De- o Ja- cob.



*Ps.* Testi-mó-ni- um in Jo- seph pó- su- it il- lud : cum



ex-í-ret de terra Egýpti.

*Non dicitur ulterius.*

[Sequatur]<sup>477</sup> *oratio sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum Orémus.*

190-01.

*Oratio.*

**M**isericórdie tue remédiis quésumus Dómine fragilitas nostra subsístat : ut que sua conditióne at-

téritur, tua cleméncia reparétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

[*Lectio dicitur cum titulo.*]<sup>478</sup>

**L**ectio Amos prophete. ix. (13-15.)

**H**ec dicit Dóminus. Ecce dies véniunt : et comprehéndet arátor messórem : et calcátor uve mitténtem semen. Et stillábunt montes dulcédinem : et omnes colles culti erunt. Et convértam captivitátem pópuli mei Israel : et edificábunt civitátes desértas :

et habitábunt in eis. Et plantábunt véneas : et bibent vinum eárum. Et fácient ortos : et cómedent fructus eórum. Et plantábo eos super humum suam : et non evéllam eos ultra de terra sua : quam dedi eis. Dicit Dóminus omnípotens.<sup>479</sup>

GS:67, 148, 168; 1508:77r, 152r, 168v; 1513:127r.<sup>480</sup>

Grad.  
V.



E-ni- te \* fi- li- i audi- te me : timó-rem  
Dómi-ni do-cébo vos. *℣.* Accé-di-te  
ad e- um et il-lumi-ná-mi-  
ni : et fá-ci- es vestre \* non con-fundéntur.

*Non repetatur gradale.*

*Hic dicitur*<sup>481</sup> Dóminus vobiscum. et Orémus.

*Oratio.*

**R**esta quésumus Dómine famílie  
supplicánti : ut dum a cibis  
corporálibus se ábstinent : a vítiis

quoque<sup>482</sup> mente jejúnent. Per  
Dóminum.


*Hic dicuntur memorie consuete.*

**L**ectio<sup>483</sup> libri Esdre. II. viij. (*Nehemie. viij. 1-10.*)

**I**N diébus illis. Congregátus est  
omnis pópulus : quasi vir unus, ad  
pláteam, que est ante portam aquárum.  
Et dixerunt Esdre scribe ut afférret  
librum legis Móysi quam precépit  
Dóminus Israéli. Attulit autem Esdras  
sacerdos librum coram multítudine  
virórum ac mulierum : cunctisque qui  
póterant intelligere : in die prima  
mensis séptimi. Et legit in eo apérte in  
plátea que erat ante portam aquárum, a  
[127v.] mane usque ad médiam diem in  
conspéctu virórum ac mulierum et  
sapientium. Et aures omnis pópuli  
erant erécte ad librum. Stetit autem  
Esdras scribe, super gradum lígneum  
quem fécerat ad loquéndum : et  
steterunt juxta eum.<sup>484</sup> Et apéruit  
Esdras librum coram omni pópulo :  
super univérsum quippe pópulum  
eminébat. Et cum aperúisset eum :  
stetit omnis pópulus : et benedíxit

Esdras<sup>485</sup> Dómino Deo voce magna.<sup>486</sup>  
Et respóndit omnis pópulus : amen.  
Elevántes autem omnes pópuli manus  
suas,<sup>487</sup> incurvátí sunt et adoravérunt  
Deum<sup>488</sup> proni in terram. Porro<sup>489</sup>  
Lévite siléntium faciébant in pópulo :  
ad audiéndam legem. Pópulus autem  
stabat in gradu suo. Et legérunt in  
libro legis Dei : distíncte et apérte ad  
intelligéndum : et intellexérunt cum  
legerétur. Dixit autem Neemías<sup>490</sup> et  
Esdras sacerdos et scribe : et Levíte  
interpretántes univérso pópulo, Dies  
sanctificátus est Dómino Deo nostro :  
nolíte lugére et nolíte flere. Flebat  
enim omnis pópulus cum audíret verba  
legis. Et dixit eis, Ite et<sup>491</sup> comédite  
pínguia, et bíbite mulsum : et míttite  
partes eis<sup>492</sup> qui non preparavérunt sibi :  
quia sanctus dies Dómini est : et nolíte  
contristári. Gáudium étenim Dómini :  
est fortitúdo vestra.<sup>493</sup>

GS:168; 1508:169r; 1513:127v.<sup>494</sup>


190-04. Grad. V.  Uis si- cut \* Dó- mi-nus De- us nos- ter

qui in al-tis há-bi- tat : humí-li- a réspi-cit in ce-lo

190-05. et in terra. *℣.* Súsci-tans

a ter- ra ín-o-

pem : et de stérco-re é- ri-gens \* páu-pe-rem.



*Repetatur Gradale.*

¶ [Evangeliū]<sup>495</sup> *Secundum Marcum. ix. (16-38.)*

**I**N illo tēpore. Respōndens unus de turba<sup>496</sup> : dixit ad Jesum, Magister. Attuli filium meum ad te, habentem spīritum mutum : qui ubicūmque eum apprehēderit : allīdit eum et spumat : et stridet dēntibus, et

arēscit. Et dixi discīpulis tuis : ut eīcerent illum, et non potuerunt. Qui respōndens eis, dixit, O generatio incrédula, quāmdiu apud vos ero : quāmdiu vos pātiar ? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum



vidisset eum : statim spíritus con-  
turbávit eum. Et elísus in terram :  
volutabátur spumans. Et interrogávit  
patrem ejus, Quantum témporis est, ex  
quo ei hoc áccidit ? At ille ait, Ab  
infántia. Et frequénter eum in ignem  
et in aquam misit, ut eum pérderet.  
Sed si quid potes, ádjuva nos : misértus  
nostri. Jesus autem ait illi, Si potes  
crédere : ómnia possibília sunt cre-  
dénti. Et contínuo exclámans pater  
púeri : cum láchrymis aiébat. Credo  
Dómine : ádjuva incredulitátem me-  
am. Et cum víderet Jesus concur-

réntem turbam : comminátus est  
spírítui immúndo, dicens illi, Surde et  
muto spíritus : ego tibi precípío, exi ab  
eo : et ámplius ne intróeas in eum. Et  
clamans : et multum discérens eum :  
éxiit ab eo. Et factus est sicut mórtuus :  
ita ut multi dícerent quia mórtuus est.  
Jesus autem tenens manum ejus :  
elevávit eum, et surréxit. Et cum  
introísset in domum : discípuli ejus  
secréto interrogábant eum, Quare nos  
non potúimus ejícere eum ? Et dixit  
illis, Hoc genus in nullo potest exíre :  
nisi in oratióne et jejúnio.

GS:40, 48, 139, 169; 1508:56r, 62v, 139v, 169r; 1513:127v.<sup>497</sup>

Offert.

II.



E-di-tá- bor \* in mandá- tis tu- is que di-

lét- i valde : et le-vá-bo ma- nus me- as ad

mandá- ta tu- a que di-lét- i.

190-06.

*Secreta.*

**D**eus qui de hiis terre frúctibus  
tua sacraménta constáre voluísti :  
presta quésumus : ut per hec opem

nobis et présentis vite cónferas, et [128r.]  
etérne. Per Dóminum.

GS:169; 1508:169r; 1513:128r.<sup>498</sup>

1790-09. Comm. VIII.



**C** Omé- di-te \* píngui- a et bí- bi-te mul- sum : et  
mít-ti-te partes e- is que non pre- pa- ra- vé- runt si- bi :  
sanctus e- nim di- es Dómi- ni est, no- lí- te contris- tá- ri :  
gáudi- um é- te- nim Dómi- ni est forti- tú- do ves- tra.


*Postcommunio.*

<p><b>S</b> Uméntes Dómine dona celéstia  suppliciter deprecámur : ut que  sédula servitúte donánte te gérimus :</p>	<p>dignis sénsibus tuo múnere capiámus.  Per Dóminum nostrum.</p>
--	---

**C** *Feria vj. quattuor temporum [Septembris].*

GS:68, 169; 1508:78r, 169v; 113:128r.<sup>499</sup>

191-01. Offic. II.



**L** E- té- tur cor \* que- rén- ti- um Dómi- num :  
qué- ri- te Dó- mi- num et con- fir- má- mi- ni : qué- ri-

te fá- ci- em e- jus semper. *Ps.* Confi- témi- ni Dó-  
mi- no et invo- cá- te nomen e- jus : annunci- á- te inter gen-  
tes ópe- ra e- jus.

*Oratio.*

**R**esta quésumus omnipotens  
Deus ut observatiónes sacras

ánnuadevotióne reholentes : et córpore  
tibi placeámus et mente. Per.


**L**ectio<sup>500</sup> *Osee prophete. xiiij. (2-10.)*

**H**ec dicit Dóminus. Convértere  
Israel ad Dóminum Deum tuum :  
quia<sup>501</sup> corruísti in iniquitáte tua.  
Tóllite vobíscum verba : et conver-  
tímini ad Dóminum : et dícite ei,  
Omnem aufer iniquitátem, et<sup>502</sup> áccipe  
bonum : et reddémus vítulos labiórur  
nostrórum. Assur non salvábit nos.  
Super équum non ascendémus :  
neque<sup>503</sup> dicémus ultra, dii nostri  
ópera mánuum nostrárum : quia ejus  
qui in te est miseréberis pópuli.  
Sanábo contritiónes eórum : díligam  
eos spontáneee : quia avérsus est furor

meus ab eis. Ero quasi ros : et<sup>504</sup> Israel  
germinábit sicut lílium. Et erúmpet  
radix ejus : ut Líbani erunt<sup>505</sup> rami  
ejus. Et erit quasi olíva glória ejus : et  
odor ejus ut Líbani. Converténtur  
sedéntes in umbra ejus : vivent trítico  
et germinábunt quasi vínea. Memori-  
ále ejus, sicut vinum Líbani.<sup>506</sup> Ego  
exáudiam et dírigam eum : ego ut  
abietem viréntem ex me fructus tuus  
invéntus est. Quis sápiens, et intélliget  
ista : intélligens, et sciet hec ? Quia  
recte vie Dómini : et justí ambulábunt  
in eis.


GS:43, 147, 169; 1508:58v, 151v, 169v; 1513:128r.<sup>507</sup>

191-03. Grad.  
V.



Onvér- te-re \* Dó- mi-ne a-li-quántu-  
lum : et depre-cá- re su-per ser-vos tu- os.

191-04.



∞. Dómi-ne re-fú-  
gi- um fac-tus es no- bis : a ge-ne-ra-ti- ó-  
ne \* et pro-gé- ni- e.  
*Repetatur gradale.*

¶ [Evangeliū]<sup>508</sup> *Secundum Lucam. vij. (36-50.)*

**I**N illo tēpore. Rogábat Jesum<sup>509</sup> quidam phariséus ut manducáret cum illo. Et ingrēssus domum phariséi : discúbuit. Et ecce múlter que erat in civitáte péccatrix : ut cognóvit quod Jesus accúbuit in domo phariséi : áttulit alabástrum unguénti. Et stans retro secus pedes Dómini, láchrymis cepit rigáre pedes ejus : et capíllis cápitis sui tergébat. Et osculabátur

pedes ejus : et unguénto unguébat. Videns autem phariséus qui vocáverat eum : ait intra se dicens, Hic si esset prophéta, sciret útique que et qualis est múlter que tangit eum, quia péccatrix est. Et respóndens Jesus : dixit ad illum, Symon : hábeo tibi áliquíd dícere. At ille ait, Magíster dic. Et respóndit ei Jesus, Duo debitóres erant cúidam feneratóri : unus debébat

denários quingéntos : et álius quin-  
 quagínta. Non habéntibus illis unde  
 rédderent : donávit utrisque. Quis  
 ergo eum plus díligit ? Respóndens  
 autem Symon, dixit, Estimo, quia is  
 cui plus donávit. At ille dixit ei, Recte  
 judicásti. Et convérsus ad mulíerem,  
 dixit Symóni, Vides hanc mulíerem ?  
 Intrávi in domum tuam : aquam  
 [128v.] pédibus meis non dedísti. Hec autem  
 láchrymis rigávit pedes meos : et  
 capíllis suis tersit. Osculum michi non  
 dedísti : hec autem ex quo intrávi,<sup>510</sup>

non cessávit osculári pedes meos. Oleo  
 caput meum non unxísti : hec autem  
 unguénto unxit pedes meos. Propter  
 quod dico tibi, Remittúntur ei peccáta  
 multa : quóniam diléxit multum. Cui  
 autem minus dimíttitur : minus díligit.  
 Dixit autem ad illam Dóminus, Re-  
 mittúntur tibi peccáta tua. Et ce-  
 pérunt qui simul discumbébant, dícere  
 intra se, Quis est hic, qui étiam peccáta  
 dimíttit ? Dixit autem ad mulíerem,  
 Fides tua te salvam fecit : vade in pace.

GS:42, 169; 1508:57v, 169v; 1513:128v.<sup>511</sup>

Offert.

V.




Ene-dic \* á- nima me- a Dó-mi- no : et no- li



ob- li- vísci omnes retri- bu- ti- ó- nes e- jus : et



reno- vá- bi- tur si- cut a- quí- le ju- vén-



tus tu- a.

191-05.

Secreta.


**A**ccépta tibi sint Dómine qué-  
 sumus nostra jejúnii, que nos et

expiándo tua grátia dignos efficiant : et  
 ad sempitérna promíssa perdúcant.

Per.

GS:170; 1508:170r; 1513:128v.<sup>512</sup>

191-09. Comm. II.



**A** U-fer a me \* oppróbri- um et contéptum, qui- a  
 man-dá-ta tu- a exqui-sí-vi Dómi-ne : nam et tes-ti-  
 mó-ni- a tu- a me-di-tá- ti- o me- a est.


*Postcommunio.*

**Q** Uesumus omnipotens Deus : ut exhibentes, beneficia potióra sumá-  
 de percéptis munéribus grátias mus. Per Dóminum nostrum.


**¶** *Sabbato iiij. temporum [Septembris].*

GS:170; 1508:170r; 1513:128v.<sup>513</sup>

192-01. Offic. II.




**V** E-ní-te \* a-do-re-mus De- um et pro-ci-dá-  
 mus an-te Dó-mi- num : plo- ré- mus an-te e- um  
 qui fe-cit nos, qui- a ip- se est Dómi- nus De- us



192-03.

nos- ter. *Ps.* Ve-ní-te ex-ultémus Dómi-no : ju-bi-lémus



De-o sa-lu-tá-ri nostro.

*Omnes orationes preter ultimam [que est ante epistolam],<sup>514</sup> dicuntur sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum Orémus.*

*Oratio.*

**Ⓐ** Mnípotens sempitérne Deus :  
qui per continéntiam salutárem :  
et corpóribus méderis et méntibus :  
majestátem tuam súplices exorámus :

ut pia jejunántium deprecatióne  
placátus : et preséntia nobis subsídia  
prébeas, et futúra. Per Dóminum.

**¶** *Omnes lectiones cum suis titulis legantur. Discurrant lectiones et gradalia hincinde, ut supra in quattuor temporibus adventus Domini.<sup>515</sup>*

**¶** *Lectio [j.]<sup>516</sup> libri Levitici. xxiiij. (26-32.)*

**I**N diébus illis. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens, Décimo die mensis hujus séptimi : dies expiatiónum erit celebérrimus : et vocábitur sanctus. Affligetísque ánimas vestras in eo : et offerétis holocáustum Dómino. Omne opus servíle non faciétis in témpore diéi hujus : quia dies expiatiónis est, ut propiciétur vobis Dóminus Deus vester. Omnis ánima que afflícta non fúerit die hoc :

períbit de pópulis suis. Et que óperis quíppiam fécerit : delébo eam de pópulo suo. Nichil ergo óperis faciétis in eo. Legíttimum sempitérnum erit vobis in cunctis generatióibus et habitatióibus vestris. Sábbatum re-quietiúnis est : affligetísque ánimas vestras. Die nono mensis hujus, a vésperere usque ad vésperum : celebrábitis sábbata vestra. Dicit Dóminus omnípotens.<sup>517</sup>

Ferie quattuor temporum in mensis Septembris.

GS:42, 51, 145, 170; 1508:58r, 65v, 149v, 170r; 1513:128v.<sup>518</sup>

192-04.

Grad.  
V.



Ro-pí- ci- us \* es- to Dó- mi- ne peccá-

tis nos- tris : nequándo di- cant gen- tes

U- bi est De- us e- ó- rum ? *Ÿ.* Adju- va

nos De- us sa- lu- tá- ris nos- ter :

et propter honó- rem nómi- nis tu- i Dómi-

ne lí- be- ra \* nos.

*Non repetatur gradale.*

*Oratio.*

[129r.]

**D**A nobis quésumus omnipotens  
Deus : ut jejunándo tua grátia  
satiémur : et abstinéndo cunctis

efficiámur hóstibus fortióres. Per  
Dóminum.



¶ *Lectio [ij.]*<sup>519</sup> *libri Levitici. xxiiij. (39-43.)*


**I**N diébus illis. Locútus est Dóminus ad Móysen dicens, Quintodécimo die mensis séptimi : quando congregavéritis omnes fructus terre vestre : celebrábitis férias Dómini septem diébus. Die primo, et die octávo erit sábbatum, id est réquies. Sumetisque vobis die primo, fructus arbóris pulchérime, spatulásque palmárum : et ramos ligni densárum fróndium, et sálices de torrénate : et letabimini coram Dómino Deo vestro :

celebrabítisque solemnitátem ejus septem diébus per annum. Legítimum sempitérnum erit vobis : in cunctis <sup>520</sup> generatióibus vestris. Mense séptimo festa celebrábitis : et habitábitis in umbráculis septem diébus. Omnis qui de género Israel est, manébit in tabernáculis : ut discant pósteri vestri, quod in tabernáculis habitáre fécerim filios Israel, cum edúcerem eos de terra Egýpti. Ego Dóminus Deus vester.

GS:37, 43, 144, 171; 1508:53v, 58v, 170v; 1513:129r.<sup>521</sup>

Grad.  
V.

**R**o-téc-tor nos- ter \* ás- pi- ce De-  
us : et rés- pi- ce su- per ser- vos tu- os.  
℣. Dómi- ne De- us virtú- tum  
ex- áu- di pre- ces servó- rum



\* tu-ó- rum.

*Oratio.*

**D**A quésumus Dómine fídelibus  
tuis beneficiis gratulári, sup-  
pliciter implorátis : ut qui jejúniis te

venerántur exhibitis, bonórum tuórum  
cópíis impleántur. Per.


**L**ectio [iij.]<sup>522</sup> *Michée prophete. vij. (14-20.)*

**D**omine Deus noster pasce  
pópulum tuum in virga tua :  
gregem hereditátis tue habitántes solos  
in saltu,<sup>523</sup> juxta dies antiquos.<sup>524</sup>  
Vidébunt gentes : et confundéntur  
super omni fortitúdine sua.<sup>525</sup>  
Quóniam<sup>526</sup> quis Deus símilis tui : qui  
aufers iniquitátem, et transfers<sup>527</sup>  
peccátum reliquiárum hereditátis tue ?

Non immíttet ultra furórem suum :  
quóniam volens misericórdiam est.  
Et<sup>528</sup> revertétur, et miserébitur nostri.  
Depónet omnes<sup>529</sup> iniquitátes nostras :  
et projíciet in profúndum maris ómnia  
peccáta nostra. Dabis veritátem Jacob :  
misericórdiam Abraham : que jurásti  
pátribus nostris a diébus antiquis :  
Dómine Deus noster.<sup>530</sup>

GS:38, 163, 171; 1508:54v, 163v, 170v; 1513:129r.<sup>531</sup>


Grad.  
VII.




I-ri-gá-tur \* o-rá- ti- o me- a si-cut incén-



sum in conspéctu tu- o Dó- mi-ne.



Ÿ. E-le-vá- ti- o má-nu-um me-á-



Orémus.

*Oratio.*

**R**esta quémus Dómine sic nos  
ab épulis abstinére carnálibus : ut


a vítiis irruéntibus páriter jejunémus.  
Per Dóminum nostrum.

¶ *Lectio [iii.]*<sup>532</sup> *Zacharie prophete. (vj. 9.) viij. (14-20.)*


**I**N diébus illis. Factum est verbum  
Dómini ad me dicens, Hec dicit  
Dóminus Deus exercítuum. Sicut  
cogitávi ut afflígerem vos : cum ad  
iracúndiam provocáissent me patres  
vestri, et non sum misértus : sic  
convérsus cogitávi in diébus istis : ut  
benefáciam Hierúsalem et dómui Juda.  
Nolíte timére. Hec sunt enim verba  
que faciétis. Loquímini veritátem  
unusquisque cum próximo suo :  
veritátem et júdicium pacis judicáte in  
portis vestris : et unusquisque malum

contra amicum suum ne cogitétis in  
córdibus vestris : et juraméntum  
mendax<sup>533</sup> ne diligátis. Omnia enim  
hec sunt que odi, dicit Dóminus. Et  
factum est verbum Dómini exercítuum  
ad me dicens, Hec dicit Dóminus  
exercítuum. Jejúnium primi<sup>534</sup> : je- [129v.]  
júnium quarti : jejúnium quinti : et  
jejúnium séptimi : et jejúnium décimi :  
erit dómui Jude : in gáudium et  
letíciám, et in solemnitétes precláras.  
Veritátem tantum et pacem diligite :  
ait<sup>535</sup> Dóminus exercítuum.<sup>536</sup>

GS:43, 50, 171; 1508:59r, 64v, 171r; 1513:129v.<sup>537</sup>



Ferie quattuor temporum in mensis Septembris.



ne : et bé- ne- dic  
 he-re-di-tá- ti tu- e.  
 ¶. Ad te Dó-mi-ne clamá- vi De- us  
 me- us ne sí- le- as a me : et e- ro sími- lis  
 de-scendén- ti- bus \* in  
 la- cum.

Orémus.

*Oratio.*

<p><b>A</b>T nobis <sup>538</sup> Dómine tríbuis          solenne tibi deférre jejúnium :</p>	<p>sic nobis quésumus, indulgéntie <sup>539</sup>          presta subsidium. Per Dóminum.</p>
---	---

*Lectio v. Angelus Dómini. [que] <sup>540</sup> tota legatur, sicut <sup>541</sup> in sabbato quattuor temporum in ebdomada penthecostes. <sup>542</sup> 924.*

*Duo clerici de secunda forma [scilicet diaconi] <sup>543</sup> in superpelliciis ad gradum chori simul*


*cantent*<sup>544</sup> tractum.

GS:172; 1508:171r; 1513:129v.<sup>545</sup>

Tract.  
IV.



M-ni-po-téntem semper a-dó-rant. †Et be-ne-dí-



cunt omne per e-vum.


*Chorus idem repetat.*

*Clerici V̇.*

(1.)



Astra po-ló-rum cuncta hó-mi-num gens solque so-rór-que



lú-mi-na ce-li.


*Chorus. Omnipoténtem.*

*Clerici V̇.*

(2.)



Sic quoque limphe queque su-pér-ne ros plu-vi-é-que




spí-ri-tus omnis.

*Chorus. †Et benedícunt.*


*Clerici V̇.*

(3.)



Ig-nis et estus cauma ge-lúque fri-gus et ar-dor

Ferie quattuor temporum in mensis Septembris.




atque pru- í-na.

*Chorus.* Omnipoténtem.

*Clerici* ✠.



Nix gla- ci- ésque noxque di- ésque lux te-nebré- que




fúl-gu- ra nu-bes.

*Chorus.* †Et benedícunt.

*Clerici* ✠.



A-ri-da montes gérmi-na col-les flú-mi-na fon- tes




ponthus et unde.

*Chorus.* Omnipoténtem.

*Clerici* ✠.




Omni- a vi-va que ve-hit equor que vé-hit a- er




ter-ráque nutrit.

*Chorus.* †Et benedícunt.

*Clerici V̇.*



Cuncta hó-mi-num gens Isra-el ip-se Chris-ti-co-lé-que



sér-vu- li quique.

*Chorus.* Omnipoténtem.

*Clerici V̇.*




Sancti hu-mi-lésque corde be-níg-no, tresque pu-síl- li




ex- u-pe-rántes.

*Chorus.* †Et benedicunt.

*Clerici V̇.*



Ri- te ca-mí-ni ígne- i flammis jus-sa ti-rán- ni




témne-re prompti.

*Chorus.* Omnipoténtem.

*Clerici V̇.*



Sit Ge-ni-tó-ri laus Ge-ni-tó-que : lausque be-á- to



Fla-mi-ni Sacro.

*Chorus.* †Et benedícunt.

*Clerici reíncipiant tractum Omnipoténtem. et percantetur a choro.*

*Sequatur Dóminus vobíscum. et Orémus.*<sup>546</sup>

*Oratio.*

**D**eus qui tribus púeris mitigásti  
flammas ígnium : concéde pro-

pítius : ut nos fámulos tuos non exurat  
flamma vitiórum. Per.

*Hic dicuntur memorie consuete.*

[*Epistola*]<sup>547</sup> *Ad Hebreos. ix. (2-12.)*

**F**Ratres. Tabernáculum factum  
est primum : in quo erant  
candelábra : et mensa, et propositio  
panum : quod<sup>548</sup> dicitur sancta. Post  
velaméntum autem secúndum taber-  
náculum, quod dicitur sancta sanc-  
tórum : habens áureum thuríbulum, et  
arcam testaménti circumtéctam ex  
omni parte auro. In qua erat<sup>549</sup> urna  
áurea habens manna, et virga Aaron  
que frondúerat : et tábule testaménti,  
super que erant chérubin glórie  
obumbrántia propiciatórium : de  
quibus non est modo dicéndum per  
singula. His vero ita compósitis : in  
prióri quidem tabernáculo, semper in-  
troíbant sacerdótes, sacrificiórum of-  
ficia consummántes. In secúndo  
autem : semel in anno, solus pón-  
tifex,

non sine sángine quem offéret pro  
sua et pópuli ignorántia. Hoc signifi-  
cánte Spíritu Sancto, nondum  
propalátam esse sanctórum viam :  
adhuc prióri<sup>550</sup> tabernáculo habénte  
statum. Que parábola est témporis  
instántis : juxta quam múnera et hóstie  
offerúntur que non possunt juxta  
consciéntiam, perféctum fácere servi-  
éntem. Solúmmodo in cibis, et in  
pótibus, et váriis baptismátibus, et  
justíciis carnis : usque ad tempus cor-  
rectiónis impósitis. Christus autem  
assístens pón-  
tifex futurórum bonórum :  
perámplius et perféctius tabernáculum  
non manufactum, id est non hujus  
creatiónis : neque per sánginem  
hyrcórum aut vitulórum : sed per  
próprium sánginem : introívit semel

[130r.]



in sancta, etérna redemptióne invénta.

*Duo clerici de secunda forma in cappis suis nigris [scilicet subdiaconi],<sup>551</sup> ad gradum chori [stantes]<sup>552</sup> simul dicant totum et integrum [istum Tractum].<sup>553</sup>*

GS:46, 115, 173; 1508:61r, 109v, 171v; 1513:130r.<sup>554</sup>

Tract.  
VIII.



Audá- te \* Dó-mi-num omnes gentes :

et col-lau-dá- te e- um om- nes po-

pu-li. ¶ Quó-ni- am confirmá- ta est su- per

nos mi-se- ri-cór-di- a e- jus : et vé-

ri- tas Dómi-ni ma- net in e-tér-

num.

[*Evangelium*]<sup>555</sup> *Secundum Lucam. xiiij. (6-17.)*

**I**N illo témpore. Dicébat Jesus turbis similitúdinem hanc, Arbo-rem fici habébat quidam plantátam in vénea sua : et venit querens fructum in

illa, et non invénit. Dixit autem ad cultórem vénee, Ecce anni tres sunt, ex quo vénio querens fructum in ficúlnea hac : et non invénio. Succíde ergo

illam. Ut quid étiam terram óccupát ?  
 At ille respóndens : ait illi, Dómine,  
 dimítte illam et hoc anno : usque dum  
 fódiam circa illam, et mittam stércora.  
 Et síquidem fécerit fructum : sin-  
 áutem, in futúrum succídes eam. Erat  
 autem docens in synagóga eórum  
 sábbatis. Et ecce múlier que habébat  
 spíritum infirmitátis annis decem et  
 octo : et erat inclináta, nec póterat  
 omníno sursum respícere. Quam cum  
 vidéret Jesus<sup>556</sup> : vocávit eam ad se, et  
 ait illi, Múlier : dimíssa es ab infir-  
 mitáte tua. Et impósuit illi manus : et  
 conféstim erécta est : et glorificábat  
 Deum. Respóndens autem archisyna-

gógus : indígnavs quia sábbato curásset  
 Jesus : dicébat turbe, Sex dies sunt : in  
 quibus opórtet operári. In his ergo  
 veníte et curámini : et non in die  
 sábbati. Respóndit autem ad illum  
 Dóminus et dixit, Hypócrita : unus-  
 quisque vestrum sábbato non solvit  
 bovem suum aut ásinum a presépio, et  
 ducit adaquáre ? Hanc autem filiam  
 Abrahe quam alligávit Sáthanas, ecce  
 decem et octo annis : non opórtuit  
 solvi a vínculo isto die sábbati ? Et cum  
 hec diceret, erubescébant omnes  
 adversárii ejus. Et omnis pópulus  
 gaudébat in univérsis : que glorióse  
 fiébant ab eo.


GS:46, pl. b, 73; 1508:61r, 142r, 172r; 1513:130r.<sup>557</sup>

192-06.

Offert.  
VIII.



Omi-ne \* De- us sa-lú- tis me- e : in di- e



clamá- vi et noc-te co-ram te, intret o-rá- ti- o



me- a in conspéctu tu- o Dó-mi- ne.

*Secreta.*



Uésumus Dómine nostris pla-  
 cáre munéribus et jejúniis :

quóniam tu eádem tríbuis ut placéris.  
 Per.

GS:173; 1508:172r; 1513:130r.<sup>558</sup>

Comm.  
VIII.



Ense séptimo \* fes-ta ce-lebrá-bi- tis, cum in

ta-berná-cu- lis ha-bi-tá-re fé-ce-rim fí-li- os Isra-el :

cum e-dúx-e-rim e-os de terra Egýpti, e-go Dómi-nus

De-us ves- ter.

*Postcommunio.*

**P**erficiant in nobis Dómine qué-  
sumus tua sacraménta quod  
cóntinent : ut que nunc spécie géri-

mus, certa rerum veritáte capiámus.  
Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum Fílium tuum. Qui tecum.

**¶** *In die<sup>559</sup> dedicationis ecclesie.*

[*Ad missam.*]<sup>560</sup>

GS:174; 1508:172r; 1513:130r.<sup>561</sup>

100-01. Offic.  
II.

Erri-bi-lis est \* lo-cus is- te hic do-mus De-  
i est et porta ce- li : et vo-cá- bi- tur au-la  
De- i.

*In tempore paschali.*

100-02.

Al-le- lú- ya. Ps. Dómi-nus regná-vit de-  
có-rem indú-tus est : indú-tus est Dómi-nus fo-ti-tú-di-  
nem et pre-cínxit se.

*Oratio.*

[130v.] **D**eus qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis representas incólumes : exáudi preces pópuli tui et

presta : ut quisquis hoc templum beneficia petitúrus ingréditur : cuncta se impetrásse letétur. Per Dóminum nostrum.


¶ [Epistola]<sup>562</sup> *Lectio libri Apocalipsis beati Johannis apostoli. xxj. (2-5.)*

**I**N diébus illis. Ego Johánnes vidi civitátem sanctam Hierúsalem novam, descendéntem de celo a Deo parátam : sicut sponsa ornátam viro suo. Et audívi vocem magnam de throno dicéntem, Ecce tabernáculum Dei cum homínibus : et habitábit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt : et ipse

Deus cum eis erit eórum Deus. Et abstérget Deus omnem láchrimam ab óculis eórum : et mors ultra non erit : neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra : que prima abiérunt. Et dixit qui sedébat in throno : ecce nova fácio ómnia.

GS:175; 1508:172v; 1513:130v.<sup>563</sup>

Grad.  
V.



O-cus is-te \* a De- o fac- tus est in-es-ti- má-bi- le sacra- mén- tum, irrepre-hen-sí-bi-lis est.

100-04.


100-05.

De-us cu- i as- tat ange-ló-rum

cho-rus : ex-áu- di pre- ces servó- rum \* tu-ó- rum.

GS:175; 1508:172v; 1513:130v.<sup>564</sup>

100-06. VII.




L-le- lú- ya. \*      ¶. Ado-  
rá- bo ad templum sanc- tum tu- um : et  
confi-té- bor nó-  
mi-ni \* tu- o.

*Hec duo Allelúya. sequentia dicuntur alternis vicibus per octavas nisi in dominica, et in octava die.*<sup>565</sup>


1508:173r; 1513:130v.<sup>566</sup>

I.




L-le- lú- ya. \*  
¶. O quam me-tu- én-dus et ve-ne- rándus est  
lo- cus is- te : ve- re non est hic á- li- ud ni-si

In die dedicationis ecclesie.




do- mus De- i et por- ta \* ce-





li.

Rylands-24:288; 1508:173r; 1513:130v.<sup>567</sup>


I.




 L-le- lú- ya. \*




∞. Fundá-ta est do-mus Dó- mi- ni



su-per vér- ti-cem món- ti- um : ex-al- tá- ta est



su-per om-nes



\* col- les.

*Licet in xl. hoc festum evenerit : dicitur ista Sequentia.*

1508:173r; 1513:130v.<sup>568</sup>

ah55032.

Seq.  
VIII.



Ierú-sa-lem \* et Sy-on fí-li- e, Ce-tus omnis fí-de- i




cú-ri- e : Me-los pangat ju-gis le-tí-ci- e, Alle-lú- ya.




Christus e-nim despónsat hó-di- e, Matrem nostram norma



justí-ci- e : Quam de la-cu trax-it mi-sé-ri- e, Ecclé-si- am.



In Spí- ri-tus Sancti clemé-nti- a, Spon- sa spon- si le- tá- tur



grá-ti- a : A re- gí- nis laudis cum gló- ri- a, Fe- lix dic- ta.




Dos ut da- tur crescit le- tí- ci- a, Que dos quanta triplex po- tén-



In die dedicationis ecclesie.




ti-a : Tangens ce-lum, terras, et stí-gi-a, Justí-ci- a.



Mi-ra loquor sed sa-na cré-de-re, Fe-de-rá-tam tam largo



mú-ne-re : De próp-ri-o prodúx-it lá-te-re, De-us homo.



Forma-ré-tur ut sic ecclé-si-a, Fi-gu-rá-vit in pa-ri gló-



ri-a : Ade costis formá-ta fé-mi-na, Hostis E-va.



E-va fu-it no-vér-ca pó-ste-ris, Hec est ma-ter e-lécti



gé-ne-ris : Vi-te portus á-si-lum mí-se-ris, Et tu- té-la.




Pulcra po-tens partu mi-rá-bi-lis, Ut lu-na sol fulget spec-

In die dedicationis ecclesie.




tá-bi-lis : Plus á-ci-e multo terrí-bi-lis, Or di-ná-ta.




Múl-ti-plex est singu-lá-ris, U-na ge-ne-rá-lis et indi-ví-




du-a : Omnis e-vi sex-us simul, Una pa-rit tur-mas.




Hec signá-ta Jordá-nis flúcti-bus, Hec que ve-nit e terre fĩ-




ni-bus : Sci-énti-am audí-re có-mi-nus Sa-lomó-nis.



Sic tý-pi-cis descripta sénsi-bus, Nupti-á-rum indú-ta




vésti-bus : Ce-li prestat hó-di-e cí-vi-bus, Christo junc-ta.




O so-lémnis festum le-tí-ci-e, Quo ú-ni-tur Christus ec-

In die dedicationis ecclesie.




clé-si-e : In qua nostre sa-lú-tis núpti-e, Ce-lebrán-tur.




Ce-tus fe-lix dulce conví-vi-um, Lapsis i-bi da-tur so-lá-ti-



um : Despe-rá-tis offértur spá-ci-um, Respi-rán-di.




Justis inde solvúntur pré-mi-a, Ange-ló-rum no-vántur



gáudi-a : La-ta nimis quod fa-cit grá-ti-a, Ca-ri-tá-tis.



Ab e-térno fons sa-pi-énti-e, Intú-i-tu só-li-us grá-



ti-e : Sic pré-vi-dit in re-rum sé-ri-e, Hec fu-tú-ra.



Christus ergo nos su-is núpti-is, Recre-á-tos ve-ris di-ví-

In die dedicationis ecclesie.



ti- is : Inter-esse fá-ci- at só-ci- is, E-lectó- rum.

*Infra lxx. [vero]<sup>569</sup> usque ad caput jenunii in octavo [die]<sup>570</sup> tantum hujus festi dicitur sequens<sup>571</sup> Tractus.*


Rylands-24:289; 1508:174v; 1513:131r.<sup>572</sup>

Tract.


II.




[131r.]



Uam di-léc- ta \* ta-berná-cu- la



tu- a Dómi-ne virtú- tum : concu-píscit



et de-fí-cit á-nima me- a in á- tri- a Dó- mi-



ni. ⁊. Cor me- um et ca-ro me- a : ex-ul-



ta-vé- runt in De-um vi- vum. ⁊. Et-e-



nim passer invé-nit si-bi domum et tur-

In die dedicationis ecclesie.

tur ni- dum si-bi : u-bi repó- nat pullos

su- os. ¶ Altá-ri a tu-a Dómi-ne

vir-tú- tum : Rex me- us et

De- us me- us. ¶ Be-á- ti qui há-

bi- tant in domo tu- a : in e- tér-

num laudá-bunt te Dó- mi-ne.

[Si vero]<sup>573</sup> in tempore paschali [hoc festum evenerit]<sup>574</sup> erit secundum Allelúya. de resurrectione quotidie per<sup>575</sup> octave et in octavis, et etiam in prima die.

¶ [Evangelium]<sup>576</sup> Secundum Lucam. xix. (1-10.)

**I**N illo tempore. Egréssus<sup>577</sup> Jesus perambulábat Hiérico. Et ecce vir nómine Sachéus : et hic erat princeps publicanórum, et ipse dives. Et querébat vidére Jesum quis esset, et non

póterat pre turba : quia statúra pusíllis erat. Et precúrrens ascéndit in arbórem sichomórum ut videret eum : quia inde erat transitúrus. Et cum venisset ad locum : suspiciens Jesus

vidit illum, et dixit ad eum, Zachée  
fēstinans descēde : quia hódie in  
domo tua opórtet me manere : et  
fēstinans descēdit, et excēpit illum  
gaudens. Et cum vidērent omnes :  
murmurábant dicētes, quod ad  
hómīnem peccatórem divertísset.  
Stans autem Achéus, dixit ad Dó-

minum, Ecce dimídium bonórum  
meórum Dómine do paupéribus : et si  
quid <sup>578</sup> áliquem defraudávi, reddo  
quádruplum. Ait Jesus ad eum, Quia  
hódie salus dómui hic facta est : eo  
quod est ipse filius sit Abrahe. Venit  
enim Fílius hómīnis quérere, et salvum  
fácere : quod perierat.

GS:175; 1508:175r; 1513:131r.<sup>579</sup>

100-07.

Offert.


V.



O-mi-ne De- us \* in simpli- ci-tá- te cordis




me- i le- tus ób- tu- li u- ni- vér- sa : et pó- pu-



lum tu- um qui re- pér- tus est, vi- di cum ingén- ti gáu-




di- o : De- us Is- ra- el custó- di hanc vo-



lun- tá- tem.

In die dedicationis ecclesie.

*In tempore paschali.*



Al-le- lú- ya.

*Secreta.*

**A**nnue quésumus Dómine pré-  
cibus nostris : ut quicúnque intra  
templi hujus, cujus anniversárium  
dedicatiónis diem celebrámus ámbi-  
tum continémur : plena tibi atque

perfécta córporis et ánime devotióne  
placeámus : ut dum hec preséntia vota  
réddimus : ad etérna prémia te adju-  
vánte pervenire mereámur. Per  
Dóminum.

[*Prefatio quotidiana.*]<sup>580</sup>

GS:175; 1508:175r; 1513:131r.<sup>581</sup>


Comm.  
V.




Omus me- a \* do-mus o-ra-ti- ó-nis vo-cá- bi-tur



di-cit Dómi- nus : in e- a om- nis qui pe-tit, ác-ci-



pit : et qui que-rit, invé- nit : et pulsán- ti a-pe- ri-




é- tur.

100-10.

In reconciliacione ecclesie.

*In tempore paschali.*



Al-le-lú- ya al-le- lú- ya.

*Postcommunio.*

**D**eus qui ecclesiam tuam sponsam  
vocare dignatus es : ut que  
habebat gratiam per fidei devotione :  
haberet etiam ex nomine dignitatem :

da ut omnis hec plebs tuo nomini  
serviens, hujus vocabuli consortio  
digna inveniatur. Qui vivis et regnas  
cum Deo Patre.


¶ *Si hoc festum a lxx. usque ad pascha contigerit : dicitur in fine misse Benedicamus Domino. Si autem alio tempore anni : finiatur cum Ite missa est. 61\*.*

*Per totas octavas dicitur eadem missa de dedicatione, [videlicet]<sup>582</sup> quodcumque hoc festum scilicet ab octava epyphanie usque ad lxx. et ab octava pasche usque ad ascensionem Domini : vel a festo sancte Trinitatis usque ad adventum Domini contigerit : nisi festum ix. lectiones intercurret : sed sine sequentia, et Credo. tamen in dominica dicitur ista sequentia [et Credo.]<sup>583</sup>*

1508:175r; 1513:131r.<sup>584</sup>

ah08042.


Seq.  
VI.




E- ta-bundus \* ex-ultet fi-de-lis cho-rus, ce-li cú-ri-  
e. Cum jo-cundus orná-tur re-gí-ne tho-rus re-gi gló-ri- e.  
In ta- li connú-bi- o, nu-bit lappa lí-li- o : so-li stel-la.




In reconciliatione ecclesie.




Cum mi-ro consórti- o, á-nime fit ú-ni- o : De- i cel-la.




Ce-lebrántur hó-di- e, Chris-ti et ecclé-si- e : caste núpti-




e. Si-cut jungit Spí-ri-tum, homo De-o súbdi- tum : ju-go [131v.]



grá-ti- e. In hoc ma-trimó-ni- o, ca-ro De- i Fí- li- o :




nupsit nó-bi-li. Ipse ve-ro Fí-li- us, sumus et ex-í-mi-



us : cessit húmi-li. Ima summus pé-ti- it, et sponsam




expé-ti- it : quam de nigra gés-ti- it : candi-dá- re. Fe-cit




quod dispó-su- it qui- a fe-dam pó-tu- it : quando si-bi plá-cu-

In reconciliacione ecclesie.


*f*<sup>1</sup>.



it emundá- re. Ancíl-la própe-ra. *f*<sup>2</sup>. Ut fi- as lí-be-ra.



Cum vi-ro regnans septrí-ge-ra. Sponsum consí-de-ra.



Quem ve-lat lítte-ra. Ipsum ré-ve- lat fi-des ve- ra.

